MASTER
NEGATIVE
NO. 91-80089-3

AUTHOR: KOCH, REINHARD

TITLE: OBSERVATIONES GRAMMATICAE

PLACE: BORNA

DATE: 1909


Master Negative #

91-80089-3

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record


Z8
v.13

Koch, Reinhard, 1882-
Observationes grammaticae in decreta, testimonia, epistulas, leges, quae exstant in Demosthenis orationibus "Pro corona" et "In Midiam". Commentatio philologica quam ... scripsit Reinhardus Koch ... Borna, Noske, 1909.
49 p. 23 cm.

Thesis, Münster.


Volume of pamphlets

51918

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA


FILM SIZE: 35mm   REDUCTION RATIO: 11x
IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB
DATE FILMED: 6/12/91   INITIALS F.C.
FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT





AIIM



Association for Information and Image Management

1100 Wayne Avenue, Suite 1100
Silver Spring, Maryland 20910
301/587-8202







MANUFACTURED TO AIIM STANDARDS
BY APPLIED IMAGE, INC.

Observationes grammaticae in decreta testimonia epistulas leges, quae exstant in Demosthenis orationibus „pro corona“ et „in Midiam“.

Commentatio philologica

quam consensu et auctoritate amplissimi philosophorum physicorumque ordinis in alma literarum universitate Guilelmia Guestfala Monasteriensi ad summos in philosophia honores rite consequendos

scripsit

Reinhardus Koch 1882-
Rhenanus.



TYPIS ROBERTI NOSKE BORNENSIS
MCMIX.

De hac commentatione ad ordinem rettulit

Guilelmus Kroll.

Consensu et auctoritate ordinis philosophorum commentationem typis expressam esse testatur

Jostes.

Parentibus sacrum.

Decreta epistulae leges testimonia in Demosthenis orationibus „pro corona“ et „in Midiam“ obvia, postquam ante centum fere annos propter multas quas interpretantibus opponunt difficultates quaestio exorta est, utrum essent vera documenta aetatis Demosthenicae necne, virorum doctorum alteri difficultates tolli posse negantes ea subditicia, alteri omnes artes interpretationis conquirentes genuina esse iudicaverunt.[1]) In his controversiis primus Droysenus commentatione[2]) insigni sagacitate demonstravit, quaecumque documenta in oratione pro corona habita invenirentur, cum neque quae in iis continerentur, fidem historiae haberent, neque decretorum formae fuissent in usu Atheniensium, a quodam grammatico vel rhetore saeculo p. Chr. n. primo ficta esse. Nonnullis annis post Westermannus[3]) etiam omnia in oratione in Midiam recitata, quod leges non congruerent cum iure Attico neque testimonia apta essent ad verba Demosthenis, spuria esse dixit. Quae Droysenus et Westermannus effecerant, quamquam commentationibus Mueckei[4]) Lipsii[5]) Fraenkelii[6]) Wortmanni Christii[7]) ita comprobata sunt, ut adversarii ipsi documenta spuria esse

---

[1]) cf. initium Wortmanni dissertationis: De decretis in Demosthenis Aeschinea, Marb. 1877, et E. Drerupii scriptum: Über die bei den Attischen Rednern eingelegten Urkunden. Jahrb. f. klass. Phil. suppl. 24, 1898, p. 233 ff.

[2]) Die Urkunden in Demosthenes' Rede vom Kranze. Zeitschr. f. d. Altert. 1839, 1845 = kl. Schriften zur alten Gesch. Leipz. 1893.

[3]) De litis instrumentis, quae exstant in Demosthenis oratione in Midiam, commentatio. Lips. 1844.

[4]) De iniuriarum actione ex iure Attico gravissima, diss. Gottingae 1872.

[5]) Der attische Prozeß von M. H. E. Meier u. G. F. Schoemann, Berl. 1883/87.

[6]) Bei Boeckh, St. Hh. Ath. II^3 p. 83—84.

[7]) Die Attikusausgabe des Demosthenes. Bayr. Ak. d. Wissensch. 1882.

concederent, tamen, quia nova argumenta, quibus documenta re vera esse subdita docemur, adlaturus mihi videor, in eandem rem inquirere in animum induxi.

Iam Wortmannus non solum formulas decretorum alienas esse ab Atticorum consuetudine sed etiam genus dicendi magnopere abhorrere ab elocutione Atheniensium commentatione, cuius p. 1 mentionem feci, ostendit. Sed cum dicendi genus, quod est in titulis Atticis in oratione pro corona conspicuis, solum tractaverit multumque reliquerit in genere dicendi perlustrando, opus eius augere atque complere mihi proposui. Qua in re id spectaturus sum, ut gravissima apparere demonstrem vestigia eius dialecti, quae *κοινή* dicitur, in eo genere dicendi, in quo non nisi meram linguam Atticam se inventurum a primo sibi quisque persuasit. Itaque in his observationibus Ps. Dem. dicendi genus contulimus cum elocutione, qualis est in papyris et in inscriptionibus, quae imprimis sunt documenta dicendi generis vulgaris, et cum elocutione eorum serioris aevi auctorum, qui Atticistarum studiis purae dialecti Atticae scribendae haud dediti immiscuerunt elocutioni sermonis communis formas et structuras et vocabula.

Quae proposuimus ita tractaturi sumus, ut primum de verborum flexione, deinde de syntaxi agamus, tum in verborum delectum, postremo in verborum collocationem inquiramus.

I. De verborum flexione.

Pro **οἴδαμεν** forma in or. in Mid. 82. 93. 121 (bis) conspicua Attici semper *ἴσμεν* dicebant. Secundae personae pluralis formam *ἴστε* pro cor. 39 Ps. Dem. secundum Atticorum consuetudinem scripsit. Formam *οἴδαμεν* Ionicae esse originis Herodoti et Hippocratis scriptis docemur. Exempla affero haec: Herodoti 2. 17; 4. 46; 7. 214; Hippocratis 1. 622; 5. 196; 6. 120; Ex sermone Ionico se insinuavit in sermonem communem, cuius rei testes sunt et papyri[1]) et volumina Herculanensia.[2])

[1]) Mayser, Grammatik der Griech. Papyri aus der Ptolemaeerzeit p. 372.
[2]) Croenert, memoria Graeca Herculanensis p. 270.

Hanc formam praeterea in usu habent auctores librorum sacrorum,[1]) Plutarchus (Alc. 2. 14. 1), Iosephus,[2]) Philo,[3]) Xenophon Ephesius (Mitscherlich p. 236) Atticistae, Dio Chrysostomus, Lucianus.[4])

ἀγήοχα formam pro cor. 39 et 73 obviam Phrynichus eclogarum p. 181 his verbis reicit: *ἀγήοχεν εἴ τις εἴποι, ὅτι ἐν τῷ συνθέτῳ Λυσίας κέχρηται καταγηόχασι, μὴ πάνυ πείθου, ἦχε μὲν γὰρ λέγουσι, καὶ Δημοσθένης ἤχασι λέγει.* Lobeckius ad Phrynichi verba sic dicit: „Inter Atticos auctores nullus praeter Aristotelem oecon. 1. 7 et Lysiam hac forma usus est. Quod in actis publicis a Demosthene pro contione recitatis invenitur, id argumentum est iam bonis temporibus vulgus illiteratum ita locutum esse, unde ad posteritatem transmissum est vitium.“ Lobeckius igitur acta publica orationis pro cor. genuina esse duxit. Exhibetur forma *ἀγήοχα* apud Philonem,[5]) Iosephum,[6]) Dionem Chrysostomum, Aristidem,[7]) nec non in papyris,[8]) in LXX,[9]) in inscriptionibus orientis Graeci (cf. Dittenberger 219. 15; 244. 6; 267. 12; 329. 10; Le Bas 2713 a) in inscr. Pergamenis.[10]) *ἀγήοχα* natum est ex *ἀγήγοχα*, quod formatum est ad exemplum perfecti *ἐνήνοχα.*[11]) Forma *ἀγήγοχα* passim occurrit in inscriptionibus.

In testimonio orationis in Mid. 82 prodit forma **λέλογχα** pro *εἴληχα*. Quam formam primus scripsit Herodotus 7. 53. Nec deest apud tragicos saepe Ionici sermonis consuetudinem sequentes. cf. Soph. Oed. col. 1235 in choro, Eur. Troad. 282 in

[1]) Blass, Grammatik des N. T. p. 52; Helbing, Grammatik der Septuaginta p. 108.
[2]) Guil. Schmidt, De Flavii Iosephi elocutione observationes criticae. Jahrb. f. klass. Phil. suppl. 20 p. 483.
[3]) Treitel, De Philonis Iudaei sermone diss. Vratisl. p. 6.
[4]) Schmid, Attizismus I 85. 232.
[5]) Treitel p. 5.
[6]) Schmidt p. 469.
[7]) Schmid I 84. II 28.
[8]) Mayser p. 334.
[9]) Helbing p. 81.
[10]) Schweizer, Grammatik der pergamenischen Inschriften p. 186.
[11]) Dittenberger, syll. or. Gr. inscr. Nr. 219. 15 adn.

choro. Est etiam in Od. 11. 304 et Hes. Theogon. 203.[1]) Aetate hellenistica apparet in Vettii Valentis libri 251. 11 (Kroll), in LXX,[2]) in C. I. Gr. 1152. 11; 2415. 14; 5819. 10.

Iis, quae praecedunt, adnectere licet **ἔφθακα,** quod est pro cor. 39. Huius verbi perfectum et plusquamperfectum a scriptoribus Atticis haud adamata frequenter exstare aetate recentiore Veitchius dicit, velut in Appiani Celt. 21, in Oribasii 8. 2, in epist. Phal. 138, in N. T. I. Thess. 4. 15; 2. 16.[3]) Adde inscriptionum Graecarum (Dittenberger) 607. 27: *ἔφθακεν οὖν ταῦτα ἐψηφίσθαι τῇ βουλῇ.*

In infinitivi forma **ἀναγορεῦσαι** pro cor. 55. 84. 115. 116. 118 conspicua haeremus, quod Attici *ἀνειπεῖν* dicere solebant. *ἀνειπεῖν* Ps. Dem. semel pro cor. 55 adhibuit, cum *ἀναγορεῦσαι* quinquies protulerit. Veteres huius verbi praesens et imperfectum solum usurpabant. Certe ceterae formae viguerunt in sermone cotidiano, ex quo aoristum iam in Platonis et Demosthenis scripta illapsum videmus. (cf. Plat. Theaet. 200 D *ἀπηγόρευσεν,* idem Dem. 55. 4.) Inde ab anno trecentesimo vicesimo a. Chr. n. quinto *ἀναγορεῦσαι* invenitur in titulis Atticis.[4]) Habes etiam in inscriptionibus orientis Graeci (50; 771. 38). Alia exempla Wortmannus p. 32 collegit. Posterioribus temporibus omnes formae verbi *ἀγορεύειν* sunt in usu. Activi futurum habemus in inscr. or. Gr. 771. 38, aoristum apud Plutarchum (Galbae c. 2; Ant. c. 24), apud Diodorum 20. 10, Herodianum 2. 2, Longum III 5. 23. 24, passivi aoristum apud Plutarchum (Aem. c. 10), Clementem (ad Cor. 10. 1. 17. 1), passivi perfectum est Le Bas 1620. Innumerabilia quaerenti occurrunt exempla.

De tertia optativi singularis et imperativi pluralis persona.

πομπεύσαι in or. in Mid. 22 ea de causa vituperamus, quod auctores Attici formam Aeolicam, quae *-ειε-* terminatur, prae-

[1]) Veitch, Greek verbs.
[2]) Helbing p. 81.
[3]) Blass p. 61.
[4]) Meisterhans Grammatik der Attischen Inschriften p. 145.

ferebant.[1]) Atque cum apud Ps. Dem. haud rara esse vestigia sermonis communis demonstraturi simus, in hac quoque forma optativi aetate recentiore celebri et obvia eum secutum esse illud genus dicendi cotidianum nostro iure dicimus. Tertiam optativi singularis personam *-αι-* terminari passi sunt Philodemus, Strabo, Iosephus, Plutarchus, Aristides, Philostratus, Aelianus,[2]) Phrynichus aliique.[3]) Nullam nisi hanc formam usurpatam vides in N. T.[4]) et in papyris.[5]) In LXX *-αι-* terminatio usitatior est quam *-ειε-* terminatio.[6])

Imperativi in ***-ωσαν-*** exeuntes occurrunt in or. in Mid. legibus 8 (*παραδιδότωσαν*) 10 (*ἔστωσαν*) 94 (*μενέτωσαν, μεταφερέτωσαν*), semel terminatio Attica est 47 (*εἰσαγόντων*) In or. pro cor. tertiae pluralis personae imperativi non exhibentur. Ad terminationem *-ωσαν-* Moeris dicit p. 13 *ἀγόντων, ᾀδόντων Ἀττικοί, ἀγέτωσαν ᾀδέτωσαν Ἕλληνες.* In decretis Atticis usque ad saeculum a. Chr. n. tertium non nisi formae, quae *-οντων-* terminantur,[7]) prodeunt, ex quo tempore *-ωσαν-* magis magisque usurpari coeptum est. In inscriptionibus orientis Graeci et Asiae minoris fere solum exstat, idem in papyris[8]) et voluminibus Herculanensibus.[9]) Praevalet haec terminatio etiam apud recentiores auctores, ut apud auctores librorum sacrorum,[10]) Iosephum,[11]) Dionysium Halicarnassensem, Lucianum, Aelianum.[12]) Ex Atticistis unus Aristides longiorem formam sprevit.[13])

Apparet igitur Ps. Dem. in verbis flectendis multum discedere ab Atticorum consuetudine, magnopere autem consentire

[1]) Kuehner, Grammatik der Griech. Sprache II p. 545.
[2]) Schmid III 31.
[3]) Croenert p. 213.
[4]) Blass p. 48.
[5]) Mayser p. 326.
[6]) Helbing p. 68.
[7]) Meisterhans p. 132.
[8]) Mayser p. 327.
[9]) Croenert p. 219.
[10]) Helbing p. 69; Blass p. 48.
[11]) Schmidt p. 443.
[12]) Schmid I 229. III 324.
[13]) Schmid II 26.

cum recentioris aetatis auctorum usu et cum eo dicendi genere, quod est in papyris et inscriptionibus.

De verborum declinatione.

In nominibus propriis et vocabulis declinandis Ps. Dem. consuetudinem Atticorum servavit. Accusativus tertiae declinationis nominum in *-ης-* exeuntium praeter unum locum (cf. or. in Mid. 82 *Δημοσθένη*) in *-ην-* cadit. Haec primae declinationi accusativi terminatio iam in Atticorum sermone usitatissima postea ita valuit, ut terminatio *-η-* evanuerit.

Numeri pluralis formae vocabuli *πρεσβευτής* sunt apud Atticos *πρέσβεις πρέσβεων* ceterae. Ubi *πρεσβευταί* vel ceterae formae exstant, velut apud Thucydidem 8. 77. 86, correctae sunt aut in suspicionem vocantur. In titulis Atticis non sunt nisi ab extremo saeculo a. Chr. n. tertio.[1]) Ps. Dem. pro cor. 77 *πρεσβευταί* et 166 *πρεσβευτῶν* scripsit, cum undecies alteras formas posuerit. In libris scriptorum posteriorum formae *πρεσβευταὶ πρεσβευτῶν* ceterae saepissime apparent, velut apud Polybium,[2]) Diodorum 15. 71. 3, Iosephum,[3]) in inscriptionibus orientis Graeci (cf. indicem Dittenbergeri inscr. or. Gr. sub hac voce), solae exstant in inscriptionibus Pergamenis et Magnetibus.[4])

De comparativi forma *πλεῖον* et superlativi *ἔγγιστα*.

Comparativi gradus forma ***πλεῖον*** pro cor. 39, quae a consuetudine veterum *πλέον* dicentium recedit, sermonis vulgaris propria[5]) est, propter eaque invenitur imprimis in papyris,[6]) in

---

[1]) Meisterhans p. 112.

[2]) Viereck, sermo Graecus, quo senatus populusque . . . usi sunt, examinatur. diss. Gottingae 1888 p. 73.

[3]) Schmidt p. 500.

[4]) Schweizer p. 141; Nachmanson, Grammatik der magnetischen Inschriften p. 121.

[5]) Thumb, Die Griech. Spr. im Zeitalter des Hellenismus p. 206: So finden sich sowohl in der *κοινή* wie im Vulgaerattischen folgende Erscheinungen: *ει* > *ε* in *πλέον, Καρνέου, δωρέω.*

[6]) Mayser p. 69.

voluminibus Herculanensibus,[1]) in inscriptionibus (cf. inscr. or. Gr. 244. 16; 568. 90 alias et Asiae minoris 73. 79. 86 alias). Apparet in libris, quibus magna est cognatio cum sermone plebeio, ut in Aristeae epistulae 200, 202, 214, 216, in Vettii Valentis 249. 24, in N. T.,[2]) in LXX.[3]) In titulis Atticis recentiore demum aetate in usum venit.[4])

Formam superlativi ***ἔγγιστα*** in decreto pro cor. 165 (*τοὺς ἔγγιστα τῆς Ἀττικῆς τόπους*) conspicuam Attici incognitam habent dicentes *ἐγγύτατα* vel *ἐγγυτάτω*, quod Ps. Dem. pro cor. 185 adhibuit. Comparativum *ἔγγιον* Phrynichus eclogarum p. 296 reicit. *ἔγγιστα* usurpavit iam Hippocrates de vict. r. 2 p. 353. 32, Polybius 1. 32. 9, Dionysius Halicarnassensis (A. R. 6. 63 et iudicii de Isocr. c. 18 p. 576), Iosephus,[5]) patres apostolici ut Clemens ad Cor. V 1, Ignatius ad Phil. X 2, auctores librorum sacrorum.[6]) Prodit in titulis (cf. Dittenb. syll. inscr. or. Gr. 383. 98; 629. 12; 669. 6), in inscriptionibus Pergamenis.[7]) In titulis Atticis est *ἐγγυτάτω* forma.[8])

Adverbium

ἐνδεχομένως pro cor. 165 apud scriptores Atticos non invenitur. Sed eiusmodi adverbia originem ducunt a consuetudine Atticorum, qui participia vi adiectivi instructa in adverbia facile commutare potuerunt. Sic dictum est *ὁμολογουμένως* apud Thucydidem, Platonem, Demosthenem, *ἐρρωμένως* apud Platonem, Demosthenem, Aeschinem, Isocratem, *βεβουλευμένως* apud Dem. 21.41. Sed Attici quandam legem observabant, ita ut non nisi certorum verborum participia significationem adiectivi induerint. Sic Plato adverbium *ἐνδεχομένως* pluribus verbis expressit (cf. Phaedr. 271 C *καθ᾽ ὅσον ἐνδέχεται*). Elocutione Attica laxata atque remissa populus ad liberum dicendi usum

---

[1]) Croenert p. 108.

[2]) Blass p. 23.

[3]) Helbing p. 54.

[4]) Meisterhans p. 121.

[5]) Schmidt p. 506.

[6]) Blass p. 35; Helbing p. 56.

[7]) Schweizer p. 160.

[8]) Meisterhans p. 174.

propensus nova formavit adverbia, cuius rei testes sunt papyri[1]) et volumina Herculanensia,[2]) quae adverbia *ἐπισταμένως, ἑπομένως, ἀνεστραμμένως* alia proferunt. Vestigia huius liberae dictionis iam apud Aristotelem exstant. Adeas rhet. p. 132. 22 (Spengel) *ἀγαμένως*, physiogn. (Franz) p. 70 *ἑπομένως*. Habes in Aristeae epistulae 222 *ἑπομένως* 273 *κεχαρισμένως*, in Diodori 15. 50. 3 *κατηναγκασμένως*. Alia sunt in Vettii Valentis libris[3]) et in N. T.[4]) *ἐνδεχομένως* apparet apud Polybium primum (cf. *ἐνδεχομένως γίγνεσθαι περί τι* 1. 20. 4; 1. 74. 1; 15. 16. 1) apud Diodorum (2. 25. 4; 4. 110. 31), Aristeam (41).

II. De syntaxi.

Quoniam c. I. in verborum flexione et in comparativi superlativi adverbiique usu magnam intercedere Ps. Demostheni cognationem cum sermone communi et cum scriptoribus dicendi consuetudinem plebeiam secutis demonstravimus, nunc qua ratione in syntaxi usurpanda usus sit, videamus.

1. De articulo.

In articulo utendo Ps. Dem. neque sibi constat neque elocutionem Atticorum semper respicit. Articulum omisit pro cor. 73 *καταγήοχεν εἰς Μακεδονίαν*. Praeter hunc locum articulum terrarum vocabulis additum videmus. cf. pro cor. 39 *κατὰ τὴν Φωκίδα* 84 *ἐν τῇ Εὐβοίᾳ* 164. 165. 157. Deest articulus 166 *συνθηκῶν μνημονεύετε*. Ea quae inter nos convenerunt, me admonetis. Sunt pactiones ad certas res spectantes et certis condicionibus confectae. Quare iam 164 scriptum est *διατηρεῖν καὶ τὰς συνθήκας*, 165 *παραβαίνων τὰς πρὸς ἡμᾶς ὑπαρχούσας συνθήκας*.

Supervacaneus autem articulus est 164 *τὰς ἀνοχὰς ποιήσασθαι*. Placet senatui populoque Atheniensium legatos ad Philippum mittere, qui indutias faciant. Athenienses igitur de indutiis

---

1) Mayser p. 458.
2) Croenert p. 240.
3) Warning, de Vettii Valentis sermone. Diss. Monast. 1909 p. 19.
4) Blass p. 61.

tractaturi sunt, articulo autem de indutiis antea actum esse dicitur, quae res ita se non habet. Contra morem Atticum dictum est *ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων* 120. Attici enim *ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων* vel *ὁ Ἀθηναίων δῆμος* idque rarius solebant dicere, quae locutiones Ps. Dem. praeter hunc locum semper usurpavit.

2. De pronominibus.

Legentes pro cor. 39 *ἴστε ἡμᾶς τὰ κατὰ τὴν Φωκίδα ἐφ᾽* **ἑαυτοὺς** *πεποιημένους* offendimus in pronomine *ἑαυτούς*, quippe quod maxime abhorreat a vetere usu loquendi. Consuetudine Atticorum requiritur *ἡμᾶς αὐτούς*. Est autem haec sermonis cotidiani proprietas, quam iam in veterum auctorum elocutionem irrepsisse videmus, velut poetarum tragicorum et sermonis pedestris auctorum.[1]) Postea haec dicendi ratio, quae praecipue viget in papyris,[2]) titulis,[3]) voluminibus Herculanensibus,[4]) ita valuit, ut scriptores inde ab Alexandro mortuo pro pronominis reflexivi primae secundaeve personae pluralibus formas tertiae personae *ἑαυτῶν ἑαυτοῖς ἑαυτούς* usurpare solerent. Ita Polybius genetivum et accusativum primae vel secundae personae non novit.[5]) Idem dicendi genus existit apud Atticistas ipsos, Dionem Chrysostomum, Lucianum,[6]) forsitan ea de causa, quod Attici admiserunt. Exstat apud Iosephum,[7]) Aristeam (Wendland 3. 213. 218), Galenum (cf. Marquardt I. praef. XLIV), Xenophontem Ephesium (p. 214, 215), in N. T.,[8]) in patrum apostolicorum libris (Barnab. ep. 1. 2. 6. 10 alia).

Convertamus nos ad **ἴδιος** adiectivum significatu pronominis possessivi *ἑαυτοῦ ἑαυτῶν* instructum, cuius dicendi generis exempla habes apud Ps. Dem. cf. pro cor. 120 *τὰς ἀναγορεύσεις τῶν στε-*

---

1) Ad. Dyroff, Geschichte des Pronomen reflexivum I. Wirceb. 1892 p. 111. 122. 133; Kuehner II. 496.
2) Mayser p. 303.
3) Viereck p. 61.
4) Croenert p. 196.
5) Kaelker, Quaestiones de elocutione Polybiana. Diss. Lips. 1880 p. 27.
6) Schmid I 82. 228.
7) Schmidt p. 368.
8) Blass p. 37.

φάνων ποιεῖσθαι ἐν αὐτοῖς ἑκάστους τοῖς ἰδίοις δήμοις. 183 *ἕως μὲν πόλεις ἑώρα παραιρούμενον αὐτὸν βαρβάρους καὶ ἰδίας.* 184 *διότι περὶ πλείονος ἐποιοῦντο τὴν ἰδίαν πατρίδα.* Quid vult *ἰδίας* in or. in Mid. 52 *ἰδίας δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνίσχοντας*? Ineptissime hoc dictum esse nemo non concedet. Quam haec elocutio non usitata fuerit in sermone Attico, ex ea re efficitur, quod inde ab anno a. Chr. n. undeseptuagesimo demum in titulis Atticis apparet.[1]) Hanc huius adiectivi significationem sermonis vulgaris propriam esse testatur Phrynichus eclogarum p. 441 *τὰ ἴδια πράττω καὶ τὰ ἴδια πράττει οἱ πολλοὶ λέγουσι, εἰκῇ, δέον τὰ ἐμαυτοῦ πράττω καὶ τὰ σεαυτοῦ πράττεις λέγειν ὡς οἱ παλαιοί.* Haec praecepta Lobeckius multis exemplis et luculentis ex Atticorum auctorum libris allatis firmavit. Eodem sensu quo Ps. Dem. *ἴδιος* usurpaverunt Polybius (cf. 3. 45. 1 *συμπεσόντες γὰρ οὐ μακρὰν ὑπὸ τῆς ἰδίας στρατοπεδείας*) Iosephus, Philo, Plutarchus, LXX interpretes, Dionysius Halicarnassensis,[2]) Vettius Valens (cf. indicem). Hic *ἴδιος* adiectivi usus apparet etiam in N. T.,[3]) in titulis (cf. inscr. or. Gr. 222. 44 *ἀναγράψαι δὲ καὶ τοὺς δήμους ἐν ταῖς ἰδίαις πόλεσι τὸ ψήφισμα.* 437. 58 *κατὰ τὰς ἰδίας συνθήκας.* 437. 83 *φέροντες παρὰ τῶν ἰδίων πατρίδων γράμματα*), in papyris.[4] Adde devotionis formularum (Audollent defixionum tabellae) c. 234. 24. 51; 228. 17 *πεσέτωσαι σὺν τοῖς ἰδίοις ἡνιόχοις.*

Progrediamur ad articulum, qui cum *μέν . . δέ* particulis coniunctus habet vim pronominis demonstrativi. Eadem notio ab Atticis pronomini relativo (*ὃς μέν . . ὃς δέ*) subiecta est (cf. Dem. pro cor. 71 *ἃς μὲν ἀναιρῶν, εἰς ἃς δὲ τοὺς φυγάδας κατάγων*) sed saepius a posterioribus velut Diodoro 14. 98. 2; 15. 3. 5; patribus apostolicis (cf. Barnabae ep. V 2). Eloquebantur veteres etiam *ὁ μέν . . ἄλλος δέ, οἱ μέν . . ἔνιοι δέ, οἱ μέν . . ἕτεροι δέ.*[5]) Sermone communi *ὁ μέν . . ὁ δέ* et *ὃς μέν . . ὃς δέ* confusum esse concludere licet ex Polybii et aliorum serioris aevi auctorum ratione dicendi. Vides apud Polybium 269. 31 *ἃς μέν . . τὰς δέ,*

1) Meisterhans p. 194.
2) Schmidt p. 369.
3) Blass p. 147.
4) Mayser p. 308.
5) Kuehner II 780.

458. 17 *τὰ μέν . . ἃ δέ.* 370. 27 *εἰς τὴν μέν . . πρὸς ἣν δέ,* apud Plutarchum *τὰ μέν . . ἃ δέ* (cf. Bernadakidis praef. LXIX), apud Aristeam *τοὺς μέν . . οὓς δέ* 12. Atticorum more Ps. Dem. pro cor. 38 *τὰ μέν . . τὰ δέ* et 183 *τὰς μέν . . τὰς δέ* scripsit. Legitur autem in decretis 164 **ἃς μέν . . τινὰς δὲ** et 182 **ἃς μέν . . τινὰς δέ . . ἐνίας δέ,** quod dicendi genus non existit neque in auctorum libris neque in titulis Atticis,[1]) in quibus non invenies nisi formas *ὁ μέν . . ὁ δέ* vel *ὁ μέν . . ὁ δὲ ἕτερος.*[1])

3. De particulis.

Adeamus primum *ἤδη* particulam. Mirum in modum dicitur pro cor. 29 *πρέσβεις ἑλέσθαι ἐκ πάντων Ἀθηναίων ἤδη πέντε.* Particula *ἤδη* hoc loco significet necesse est *ὡς τάχιστα* vel *αὐτίκα μάλα.* In qua dictione Wortmannus iam haesit[2]) congessitque ex aliarum gentium Graecarum inscriptionibus locos, ubi *ἤδη* eodem sensu usurpatum videmus. Adiungo ex inscriptionibus Asiae minoris (Le Bas) 1620 *ὑπὲρ τούτου ἐπιστέλλειν ἤδη*, ex inscriptionibus or. Gr. 352. 46 *ἑλέσθαι δὲ ἤδη ἐξ ἑαυτῶν τρεῖς ἄνδρας.* 352. 48, 771. 40. 45 *ἔδοξε χειροτονῆσαι δὲ ἤδη τρεῖς ἄνδρας.* Eadem notione usurpavit Xenophon Ephesius p. 290 *καὶ οἱ κύνες τρεφόμενοι οὐδὲν ἔτι δεινὸν αὐτὴν εἰργάζοντο, ἀλλὰ ἤδη τιθασσοι ἐγίγνοντο καὶ ἥμεροι*, item Aelianus N. A. 50. 22. Quam antiqua sit haec particulae *ἤδη* significatio, efficitur ex exemplo in Xenophontis An. VII 7. 24 obvio, quod dignum est, quod afferatur: *ἢν δέ τινες σωφρονίζειν βούλωνται, γιγνώσκω τὰς τούτων ἀπειλὰς οὐχ ἧττον σωφρονιζούσας ἢ ἄλλων τὸ ἤδη κολάζειν.* Qui significatus ex sermone vulgari repetitus est. Nam particula *ἤδη* hoc sensu instructa apparet imprimis in carminibus ad daemonas adiurandos compositis (cf. *ἤδη ἤδη, ταχὺ ταχύ* in extremo tetragrammaton, quod edidit Deissmannus[3])) et in defixionum tabellarum ab Audollentio conscriptarum c. 160. 25. 97. 234. 77 ceteris. cf. etiam ad hanc rem Radermacheri Rh. M. 56

1) Meisterhans p. 209.
2) Wortmann p. 28.
3) Deissmann, Bibelstudien p. 43.

p. 207. Inscriptiones Atticae hanc particulam hac notione non proferunt, si quidem fides est silentio Meisterhansii. Sed Atticis haec notio non incognita est coniungentibus *ἤδη* cum futuro, velut dicit Soph. Phil. 1090 *ἤδη ὀλοῦμαι*, Arist. Thesm. 673 *δείξει ἤδη*, Dem. 6. 28 *ταῦτα ἤδη λέξω*. Cum infinitivo praeter Xenophontem nemo Atticorum, quantum equidem scio, hoc sensu posuit.

In decreto pro cor. 73 cum Wortmanno offendo in **ἄρα** particula, quae supervacanea est. Auctores Attici *ἄρα* particulam *ὡς* vel *ὅτι* coniunctionibus postponere adamabant. Quam consuetudinem auctor huius decreti imitari conatus est, imperitus autem illius regulae, quae est de *ἄρα* particula adhibenda, loco haud idoneo *ἄρα* sine vi et pondere posuit. *ἄρα* respondere videmus usui forensi Atheniensium 54, ubi scriptum est: *ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα, ὡς ἄρα δεῖ στεφανῶσαι.*

Studio elegantiae Ps. Dem. particulam **πέρ** bis in eodem enuntiato haud feliciter posuit pro cor. 167. (*ὅπερ οὐ μικρὰν ὑμῖν οἴσειν ἐλπίζω ῥοπήν, ἐάν περ ἐπὶ ταύτης μένητε τῆς προθέσεως.*)

Particulas *δὲ καί* coniunctas Ps. Dem. in deliciis habet. Scripsit pro cor. 38 *κατακομίζειν δὲ καί*, 39 *ἀκούων δὲ καί*, 155 *τινὰς δὲ καὶ τετραυματίκασι*, 181 *τινὰς δὲ καὶ δοριαλώτους πεποίηκεν*, 186 *ἀναμιμνήσκεται δὲ καί*, in or. in Mid. 121 *οἴδαμεν δὲ καί*. Male *καί* additum est pro cor. 182 *καὶ γὰρ Ἑλληνίδας πόλεις ἃς μὲν ἐμφρούρους ποιεῖ, τινὰς δὲ καὶ κατασκάπτει, εἰς ἐνίας δὲ καὶ βαρβάρους κατοικίζει.* Atque haec particularum series *ἔτι δὲ καί*, quae est pro cor. 166 (*προσκαλέσασθαι βουλόμενοι Θετταλοὺς καὶ Θηβαίους, ἔτι δὲ καὶ Βοιωτούς*) apud Atticos inusitata est. In sermone Attico est *ἔτι δέ*, et Plato, cuius artem et subtilitatem particularum adhibendarum miramur, nusquam *ἔτι δὲ καί* scripsit (cf. Astii lexicon Platonicum sub *ἔτι* voce). Invenitur autem *ἔτι δὲ καί* in inscriptionibus Asiae minoris (cf. Le Bas 70 *ἔτι δὲ καὶ τἄλλα ὑπάρχοντα αὐτοῖς ἔνδοξα ψαφισαμένους*, 63. 64. 72. 74) et or. Gr. (cf. 223. 10. 227. 6).

Particulae **μέν .. δέ** pro cor. 77 (*βοηθήσοντα δὲ τοῖς Σηλυμβριανοῖς τοῖς ὑπ' ἐμοῦ μὲν πολιορκουμένοις οὐ συμπεριειλημμένοις δὲ ἐν ταῖς τῆς φιλίας κοινῇ κειμέναις ἡμῖν συνθήκαις*) quid velint, haud intellegitur. Num sunt participia inter se opposita? Immo

alterum ex altero pendet. Selymbriani a Philippo obsidentur, quia, quae Athenienses et Philippus inter se pacti sunt, ad eos non pertinent.

Particulae **τέ .. τέ** pro cor. 181 (*ἔν τε τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ .. ἔν τε τῷ παρόντι*) offensionem habent, quod non usurpatae exstant in titulis Atticis.[1])

4. De praepositionibus *ἕως* et *ἐντός*.

Structura **ἕως** *τριῶν πλοίων καὶ ὑπερητικοῦ ἡ λειτουργία ἔστω* pro cor. 106 minime respondet usitato et veteri usui. Apud Atticos *ἕως* vi praepositionis carens nihil aliud est nisi coniunctio. Itaque pro *ἕως μέχρι* vel *ἄχρι* praepositiones expostulamus. *ἕως* vi praepositionis praeditum invenitur apud Aeschinem in lege spuria (cf. Drerup, Jahrb. f. kl. Phil. suppl. 24 p. 297), in qua legitur *ἕως τοῦ ἀποτεῖσαι*. Veterum auctorum Aristotelem primum consuetudinem Atticorum neglexisse videmus (cf. H. A. 9. 46 *ἕως τούτου προέρχεται ἕως ἄν*). Quod Polybius sic scripsit, non miramur. cf. 1. 18. 2 *ἕως ἀκροβολισμοῦ*, 9. 36. 1 *ἕως τούτου βούλομαι τὴν μνήμην ποιήσασθαι, ἕως τοῦ μὴ δόξαι καταφρονεῖν.*[2]) Ad hos accedit Flavius Iosephus,[3]) auctores librorum sacrorum.[4]) Usitatissima est *ἕως* praepositio in titulis et papyris.

Pergo ad **ἐντός** praepositionis usum demonstrandum. Est pro cor. 184 *δεδόχθαι τῇ βουλῇ τὸν ναύαρχον ἀναπλεῖν ἐντὸς Πυλῶν . ἐντός* eandem notionem praefert, quae est *εἰς* vel *εἴσω* praepositionum. cf. 39 *ἴστε ἡμᾶς παρεληλυθότας εἴσω Πυλῶν* Significationem praepositionum confundere aut indiligenter distinguere est sermonis popularis. Non inutile erit afferre id, quod Phrynichus de eiusmodi genere dicendi disputat eclogarum p. 127 *ἔνδον εἰσέρχομαι βάρβαρον, ἔνδον γάρ ἐστι .., δεῖ οὖν εἴσω παρέρχομαι.*

---

[1]) Meisterhans p. 207: *τέ .. τέ* findet sich in der klassischen Zeit nur in den Verbindungen *εἴτε .. εἴτε.*

[2]) Stich, De Polybii dicendi genere diss. Erl. 1880 p. 26.

[3]) Schmidt p. 428.

[4]) Blass p. 129.

5. De coniunctionibus *διότι, ὅπως, ἵνα, ὥστε.*

διότι particula apud veteres habet significatum „propterea quod“, quo sensu etiam a Ps. Dem. adhibita est pro cor. 54 et 184. Sed in decreto Amphictyonum 155 et in epistula Philippi 167 occurrit pro *ὅτι* particula significatione „dass“. Legitur 167 *πυνθάνομαι μέντοι διότι* et 155 *ἔδοξε πρεσβεῦσαι πρὸς Φίλιππον .. καὶ ἀξιοῦν . . . καὶ* (suppleas *εἰπεῖν*) *διότι αὐτὸν στρατηγὸν αὐτοκράτορα αἱροῦνται οἱ Ἕλληνες. διότι* pro *ὅτι* apparet iam apud Herodotum 2. 50 *διότι μὲν γὰρ ἐκ τῶν βαρβάρων ἥκει, πυνθάνομαι.* Invenitur hoc sensu apud Isocratem 4. 48 *συνειδυῖα μὲν ὅτι .. καὶ διότι.* Aetate hellenistica hic usus non rarus est apud auctores.[1]) *διότι* usurpavit Polybius, sed certam rationem et consilium secutus est. Post consonantes enim paucis locis exceptis semper *ὅτι,* post vocales hiatus vitandi causa *διότι* posuit.[2]) Occurrit *διότι* pro *ὅτι* in Diodori libris,[3]) Polemonis, Dionysii Halicarnassensis, Dionis Chrysostomi.[4]) Inde a saeculo a. Chr. n. tertio in titulos Atticos se insinuavit.[5]) Latissime patet in orientis Graeci et Asiae minoris inscriptionibus neque deest in papyris.[6]) Ps. Dem. 167 *διότι* ad hiatum vitandum scripsisse, cum hiatum multis locis admiserit, non verisimile est. Quod 155 *καὶ διότι* dictum est, ea res nullius est momenti. Oritur enim post *καὶ, ἤ* vel alias particulas nullus hiatus (cf. Blass, Attische Beredsamkeit III 1 p. 101 et Radermacher, Rh. Mus. 1895 p. 477 et 1900 p. 150).

Porro agamus de ratione dicendi **ἀξιόω ὅπως** in or. in Mid. 121 et **ἀξιόω ἵνα** pro cor. 155. Maximam haec dictio movet admirationem. Nam Attici verba ut *ἀξιόω, εὔχομαι, παρακαλέω* id genus cetera cum infinitivo vel cum accusativo cum infinitivo coniungebant, raro cum coniunctione *ὅπως.*[7]) Exemplum licet afferre ex Thucydidis 5. 76 *ἐδέοντο ὅπως παραδιδῶσι,*

[1]) Kuehner II 874.
[2]) [3]) Kaelker p. 243. p. 310.
[4]) Schmid I 52. 115.
[5]) Meisterhans p. 211.
[6]) Mayser p. 161.
[7]) Kuehner II 579.

quod dicendi genus apud posteriores saepius exstat. Habes apud Aristeam 19 *ἀξιόν ἐστιν ὅπως,* apud Flavium Iosephum[1]) A. I. XIII. 308 *παρακαλέω ὅπως* VII. 191 *δέομαι ὅπως,* in inscriptionibus orientis Graeci 323. 26 *παρακαλέω ὅπως,* in N. T.[2]) Mt. 9. 38 et L. 102 *δέομαι ὅπως.* Sed *ὅπως* coniunctio *ἵνα* coniunctione maiorem vim praeferente paullatim recessit et postea plane interiit. Exempla in hanc rem affero ex Polybii[3]) 112. 13 *φροντίζω ἵνα,* 529. 2 *σπουδάζω ἵνα,* 1120. 16 *προνοηθῆναι ἵνα.* Conspirant cum Polybiana dictione inscriptiones orientis Graeci (cf. 218. 60; 168. 30; 214. 25; 244. 18; 483. 194; *ἐπιμελεῖσθαι ἵνα,* 339. 105; *προνοεῖσθαι ἵνα*) et inscriptiones Asiae minoris (Le Bas) 86. 90 *ἐπιμέλειαν ποιοῦμαι ἵνα.* In titulis Atticis autem *ἵνα* usque ad saeculum a. Chr. n. tertium non nisi bis exstat, deinde saepius occurit.[4])

Illa loquendi ratio Ps. Dem. **ἀξιόω ἵνα** Atticorum aetate plane inusitata conspirat cum inscriptionibus et auctoribus recentioris aevi, quo tempore sermo communis litteris mandari coeptus est. Invenies exempla in Aristeae epistulae 45 *εὔξομαι ἵνα . . . καὶ ὅπως,* 233 *ἱκετεύω ἵνα* 318 *παρακαλέω ἵνα,* in Flavii Iosephi[5]) libris velut *ἀξιόω ἵνα* A. I. XIV. 22. 235, in patrum apostolicorum libris. Profero exemplum luculentum ex Barnabae epistulae V. 13 *ἔδει γάρ, ἵνα ἐπὶ ξύλου πάθῃ.* Ex N. T. Blassius exempla suppeditat.[6]) Ita scripserunt Marcus Diaconus (cf. indicis p. 125.) Apollodorus 210. 1 (Wagner). Inscriptiones orientis Graeci habent 669. 49 *διακελεύω ἵνα.* Praeter duos locos allatos Ps. Dem. *ἀξιόω* cum infinitivo posuit. cf. pro cor. 164. 165. 185.

Iam venio ad dicendi formam *ἐκδόντος δέ μοι Δημοσθένους στέφανον χρυσοῦν* ***ὥστε*** *κατασκευάσαι* in or. in Mid. 22. Quid vult *ὥστε* particula? Secundum Atticorum dicendi genus infinitivum solum exquirimus. Praeterea *ὥστε* mirum in modum

[1]) Schmidt p. 404.
[2]) Blass p. 230.
[3]) Kaelker p. 290.
[4]) Meisterhans p. 211.
[5]) Schmidt p. 431.
[6]) Blass p. 230.

sensu finali positum est. Exempla ad hanc dictionem illustrandam idonea non desunt in inscriptionibus, quibus hanc rationem dicendi, qua coniunctioni *ὥστε* vis finalis subicitur, ab hominum plebeiorum consuetudine profectam esse docemur, qui non magnopere operam dant, ut illas significationes accurate discernant, praesertim cum altera ab altera proxime absit. In inscriptionibus Asiae minoris exstat (Le Bas) 86. 58 *καὶ κελεύσαντες μὲν ἀμφοτέρους λέγειν ἐκ ποίας πόλεως βούλονται χρῆσθαι νόμοις, συνομολογησάντων δὲ ἀμφοτέρων ὥστε τοῖς Κῴων νόμοις χρῆσθαι, ἐπικεκρίκαμεν* . . . Ex hoc titulo temporis spatio inde ab anno a. Chr. n. trecentesimo sexto usque ad trecentesimum primum inciso iam antiquis temporibus populum sic elocutum esse efficitur. 338 est *παρεχώρησε Πολίτης . . . ὥστε κτηματωνηθῆναι Ἀπόλλωνι καὶ Ἀρτέμιδι γέας.* In N. T.[1]) habes Mt. 10. 1 *ἐδόθη ἐξουσία ὥστε;* 27. 1 *συμβόλιον ἔλαβον ὥστε θανατῶσαι αὐτόν.* Id genus alia exempla Schmidtius ex Iosephi libris congessit.[2]) Quantopere *ἵνα* et *ὥστε* coniunctionum significationes in unam coaluerint, ut intellegas, exscribo haec Flavii Iosephi[3]) A. I. IV. 283 *ἐπιμελὲς ποιείσθωσαν ὥστε.* B. I. III. 2. 1 *μὴ ἔγωγέ ποτε γενοίμην οὕτως αἰχμάλωτος ἵνα παύσωμαι τοῦ γένους,* et hoc Xenophontis Ephesii p. 274 *τίς ἄρα λῃστὴς οὕτως ἐρωτικὸς ἵνα καὶ νεκρᾶς ἐπιθυμήσῃ, ἵνα καὶ τὸ σῶμα ἀφέληται.* Adde Marci Diaconi 52. 15 *παρακαλεῖν ὥστε* 25. 5 *ἐκφωνεῖται θεῖον γράμμα ὥστε.* 74. 22 *οὔτε γάρ ἐστι ἀνθρώπινον τὸ τῶν Χριστιανῶν δόγμα, ἵνα πρὸς καιρὸν ὀφθῇ καὶ καταλυθῇ,* et actorum martyrorum (Gebhard) 4. 10; 5. 25; 6. 25; 42. 18 (cf. etiam Kalbfleisch Abh. Berl. Ak. 1895 p. 15 adn.)

6. De negationibus.

Quoniam Ps. Dem. in coniunctionibus adhibendis multum recessisse a consuetudine Atticorum statuimus, disseramus, qua ratione negationibus usus sit. In hac quoque re illum abhorrere ab usu forensi Atheniensium exemplis confirmatur. Pro cor. 166 genetivum absolutum causalem sensum praeferentem negatione

---

1) Blass p. 223. 228.
2) Schmidt 418.
3) Schmidt 420.

μή instruxit (*μὴ βουλομένων ἐφ᾽ ὑμῖν ποιήσασθαι τὴν ἑαυτῶν αἵρεσιν*). In par. 39 participio simplici *μή* addidit. Legis *τὰ δὲ μὴ ὑπακούοντα.* Quae verba sensum finalem ea de re habere non possunt, quod respondent his verbis, quae antecedunt: *ὅσα μὲν ἑκουσίως προσετίθετο τῶν πολισμάτων.* Contra negatio *μή* 157 *τοῖς δὲ μὴ συναντήσασι* stare potest. Offendimus etiam in dictione in or. in Mid. 121 obvia (*οἴδαμεν Μειδίαν λέγοντα μηδένα ἕτερον εἶναι* . . .). Attici infinitivo ex verbo dicendi vel putandi pendenti negationem *οὐ* addebant. Iam veteres participio causali *μή* negationem addidisse docet Kuehnerus.[1]) Sed rara sunt exempla. Recentiorum libros si perscrutaberis, discrimen inter *μή* et *οὐ* illos ita neglexisse invenies, ut saepissime participiis, infinitivis, enuntiatis secundariis *μή* attribuerint, ubi *οὐ* ex consuetudine Atticorum necessarium est. Cum Ps. Dem. ratione negationes usurpandi conspirant Philo,[2]) Flavius Iosephus,[3]) Arrianus,[4]) Appianus,[5]) Polemo, Dio Chrysostomus, Aristides, Aelianus,[6]) Plutarchus,[7]) Longus (1. 7; 1. 12; 1. 14), Xenophon Ephesius (p. 200. 201), Diodorus (14. 8. 4; 15. 3. 1; 15. 12. 1; 14. 71. 4;) Marcus Diaconus (cf. indicis p. 135), patres apostolici, N. T.[8]). Propter hiatum vitandum Plutarchum *μή* nonnumquam posuisse Bernadakis et Stegmannus, Aristidem Schmidius docet. Hanc rationem pro *οὐ* negatione *μή* negationis adhibendae ex dialecto vulgari se insinuasse in literatorum virorum dictionem testibus uti licet inscriptionibus. Adeas inscriptionum Asiae minoris 136, 339, 1602 alias et orientis Graeci 545. 25; 654. 7. Negationes populum confudisse et sine ullo discrimine adhibuisse demonstratur monumentis sepulcralibus inscriptionum Asiae minoris. cf. 1630. 1632. 1636 *ἕτερος δὲ οὐδεὶς ἐξουσίαν ἕξει*

---

1) Kuehner II 756.
2) Treitel p. 25.
3) Schmidt p. 436.
4) Boehner, De Arriani dicendi genere. act. sem. Erl. 1886. p. 53.
5) Kratt, De Appiani elocutione diss. Baden-Baden 1886 p. 51.
6) Schmid I 50. 90. 245. II 61. III 88.
7) Stegmannus, Über den Gebrauch der Negationen bei Plutarch, Gymn. Progr. Geestemuende 1882. p. 15, Bernadakis praef. 68.
8) Blass p. 258.

ἐνθάψαι τινὰ οὔτε . . . οὔτε. Idem apparere in decreto or. pro cor. 165 (*καὶ γὰρ νῦν οὐ κέκρικε βοηθεῖν ἐν οὐδενὶ τῶν μετρίων*) magnopere suspicor. Sed elocutio est tanta obscuritate, ut nihil certi discerni possit. Infinitivus *οὐ* negatione praeditus scriptoribus aetatis recentioris velut Aeliano,[1] Flavio Iosepho[2] non est ignotus.

7. De temporibus.

Ps. Dem. rationem, quae versatur in verborum temporibus ponendis, si respicies, illum huius rei nonnumquam nullum sensum habuisse invenies. Conferre licet initium decreti Atheniensium pro cor. 181 (*ἐπειδὴ ἔν τε τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ . . . Φίλιππος παραβαίνων φαίνεται*) cum decreti Byzantinorum 90 (*ἐπειδὴ ὁ δᾶμος ὁ Ἀθαναίων ἔν τε τοῖς προγεναμένοις καιροῖς εὐνοέων διατελεῖ*). Videsne, quae sit neglegentia in temporibus adhibitis? Praesens habes pro praeterito. Item perverse participium praesentis positum est 182 *ἐξανδραποδιζόμενος κατασκάπτει.* Incolis in servitutem abductis Philippus oppida delet, quam ob rem participium aoristi exspectamus, quod exstat 39 *ἐξανδραποδισάμενοι κατεσκάψαμεν.* Eandem offensionem habent 39 *ἀκούων . . γέγραφα* (cf. 166 *ἀκούσας συγκατατίθεμαι*) et 186 *ἀποστερουμένους.*

Legitur etiam imperfectum pro aoristo. Imperfecto aliquid aut fieri coeptum sed non perfectum aut tempore praeterito saepius iterumque factum esse dicitur. Quod qui reputaverit, nonnumquam falso loco imperfectum Ps. Dem. scripsisse sibi persuaserit, neque enim requiritur illud tempus 39 *ὅσα μὲν ἑκουσίως προσετίθετο τῶν πολισμάτων* (Oppida, quae deditionem fecerunt, non faciebant, Philippus regno suo adiunxit.) neque 77 *παραγενόμενοι πρὸς ἐμὲ οἱ παρ' ὑμῶν πρεσβευταὶ . . . διελέγοντο περὶ τῆς τῶν πλοίων ἀφέσεως* (Legati non solum copiam Philippum adeundi petiverunt sed etiam ad colloquium admissi et consecuti sunt, ut Philippus naves se remissurum polliceretur.) neque in or. in Mid. 121 *ταῦτα δὲ ἔλεγε πρὸς τὴν βουλὴν τῇ προτεραίᾳ μετ' Ἀριστάρχου καὶ μεθ' ἡμῶν συνδεδειπνηκώς.* (haec autem dixit

[1]) Schmid III 88.
[2]) Schmidt p. 436.

coram senatu, quamquam proximo die cum Aristarcho nobiscumque accubuerat). Pro imperfecto aoristum igitur requirimus, quo aliquid tempore praeterito semel factum esse dicitur. Quae tempora Polybium,[1]) Appianum,[2]) Lucianum,[3]) Thomam apostolum[4]) confudisse inter viros doctos constat.

Male distinxit idem Ps. Dem. perfectum et aoristum. Perfectum indicat praeterito tempore coeptam esse aliquam rem, quae praesenti tempore finita quidem est, sed tamen per effectus continuos etiam nunc durat. Quam significationem subicere licet neque pro cor. 187 *εἴ τι πρότερον γέγονεν ἀλλότριον ταῖς πόλεσι πρὸς ἀλλήλας* (siquid hostile prioribus temporibus factum sit inter urbes, id adhuc durare Ps. Dem. dicere velle haud verisimile est) neque 74 *εἰ μὲν δι' ἄγνοιαν ταῦτα πεποίηκεν Ἀμύντας* (Amyntam naves captas habere explicari non interest, sed potius, utrum eas ceperit ignorantia an consilio, quare, nisi fallor, aoristus magis quadrat). 78 infinitivi perfecti et aoristi eadem vi iuxta positi sunt. Legitur *μᾶλλον φιλοτιμουμένων τοῦτο συντετελέσθαι ἢ τοῖς Σηλυμβριανοῖς βοηθῆσαι.* Quae vis sit in participio perfecti *συνδεδειπνηκώς* in or. in Mid. 121, non video. In participiis ex *οἴδαμεν* dependentibus habes perfectum et praesens loco aoristi. Scriptum est in or. in Mid. 121 *οἴδαμεν Μειδίαν ἐλθόντα . . . καὶ λέγοντα . . . καὶ συμβουλεύοντα* et brevi post *οἴδαμεν δὲ καὶ Μειδίαν εἰσεληλυθότα πάλιν ὡς Ἀρίσταρχον καὶ τὴν δεξιὰν ἐμβεβληκότα . . . καὶ ὀμνύοντα.* Sic scripsit Ps. Dem., quamquam haec verba Demosthenica ante oculos habuit. cf. 119 eiusdem orationis *εἰσελθὼν οἴκαδ' ὡς ἐκεῖνον καὶ ἐφεξῆς οὑτωσὶ καθεζόμενος τὴν δεξιὰν ἐμβαλών.* Pro cor. 137 legimus *μαρτυροῦσι . . . εἰδέναι Αἰσχίνην . . . συνερχόμενον νυκτὸς εἰς τὴν Θράσωνος οἰκίαν καὶ κοινολογούμενον Ἀναξίνῳ.* Quam perverse participia praesentis hoc loco usurpata sint, intellegis ex verbis Demosthenis ipsius in initio eiusdem paragraphi: *καὶ οὐκ ἀπέχρη ταῦτα, ἀλλὰ πάλιν*

[1]) Kaelker p. 266.
[2]) Kratt p. 25.
[3]) Du Mesnil, Grammatica, quam Lucianus in scriptis suis secutus est, ratio comparatur. prgr. Stolpe 1867 p. 10.
[4]) Henr. Reinhold, De Graecitate patrum apostolicorum librorumque apocryphorum novi testamenti quaestiones grammaticae Hal. 1898 p. 23.

μετὰ ταῦθ' ὕστερον Ἀναξίνῳ τῷ κατασκόπῳ συνιὼν εἰς τὴν Θράσωνος οἰκίαν ἐλήφθη. Consuetudinem perfectum et aoristum confundendi apud posteriores scriptores quodam modo vigere Schmidius[1]) docet. Qua in re etiam Polybius,[2]) Dio Chrysostomus, Aelianus,[3]) doxographi,[4]) Pindari scholiastae[5]) nec non librorum sacrorum auctores[6]) peccaverunt.

Iam dignum est, ad quod animos advertamus, perfectum vi praesentis praeditum. Est pro cor. 155 *ἐπειδὴ οἱ ἐξ Ἀμφίσσης τὴν ἱερὰν χώραν γεωργοῦσι .... καὶ κωλυόμενοι .... τὸ κοινὸν τῶν Ἑλλήνων συνέδριον κεκωλύκασι μετὰ βίας, τινὰς δὲ καὶ τετραυματίκασι*, 164 *ἐπειδὴ ἃς μὲν κατείληφε πόλεις, τινὰς δὲ πορθεῖ ...*, *κεφαλαίῳ δὲ παρασκευάζεται*, 181 *καὶ πόλεις παραιρεῖται, τινὰς δὲ καὶ δοριαλώτους πεποίηκεν*, 165 *ἐπειδὴ ἐπιβάλλεται καταστῆσαι, παρεσκεύασται δέ.* His quoque locis Ps. Dem. tempora nullo modo distinxisse videmus. Id genus perfecta apud Polybium, Iosephum,[7]) Dionem Chrysostomum, Aristidem, Lucianum, Aelianum,[8]) in titulis[9]) saepius inveniuntur. Sane apud Atticos perfecta vi praesentis instructa exstant,[10]) sed ad tantam licentiam, quanta usi sunt posteriores, non processerunt.

Omnia, quae de Ps. Dem. usu temporum disputavimus, si sub uno ponemus adspectu, illum accuratam temporum distinctionem incredibili modo neglexisse apparebit. Quod luculentissimo hoc ultimo exemplo mihi licet illustrare, quo praesens et aoristum nimis audacter iuxta posita vides. cf. pro cor. 137 *μαρτυροῦσι Δημοσθένει καὶ ἐπωμόσαντο ἐπὶ τῶν στρατηγῶν εἰδέναι.*

Hoc loco agere licet de **dativo** qui dicitur **temporis**. Attici dativo ad spatium temporis, quo aliquid fit, designandum semper *ἐν* praepositionem addebant. Dativus simplex non nisi bis apud

1) Schmid I 95.
2) Stich p. 170.
3) Schmid I 95. III 75.
4) Diels, Doxographi p. 256.
5) Lehrs, Pindarscholien p. 47 ff.
6) Blass p. 204.
7) Schmidt p. 400.
8) Schmid I 240, II 53, III 73.
9) Viereck p. 66.
10) Kuehner II 48.

Xenophontem (cf. Hell. 1. 5. 1., An. 1. 8. 22) et semel apud Demosthenem ipsum (27. 28) occurrit.[1]) Postea saepius prodit velut apud Aelianum, Philostratum alterum,[2]) Iosephum,[3]) in N. T.[4]) Apud Ps. Dem. semel dativus temporis simplex exstat. cf. or. in Mid. 93. *ἡμᾶς ὄντας ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἄρχοντας.*

8. De participiis.

Ps. Dem. bis participium mire posuit, ubi verbum finitum requiritur. Scriptum vides pro cor. 54/55 *Αἰσχίνης ἀπήνεγκε παρανόμων κατὰ Κτησιφῶντος ... ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα, ὡς ἄρα δεῖ στεφανῶσαι Δημοσθένην ... πάντα ταῦτα ψευδῆ* ***γράψας*** *καὶ παράνομα.* Post decretum illegitimum, quod Ktesiphon ad populum rettulerat, fusius latiusque narratum Ps. Dem. verba similia participium audacter applicando repetit, quibus is, qui legit, ad priora verba (*ὅτι ἔγραψε παράνομον ψήφισμα*) revocetur, quo fit, ut monstrum quoddam periodi nascatur. Certe hoc dicendi genus originem ducit a sermone cotidiano, in quo ad sententias recte et apte struendas parum diligentiae adhiberi solet. Itaque testimonia huius dictionis invenies in libris auctorum, qui proxime absunt a dialecto plebeia. Habes in Barnabae epistulae V. 8. *αὐτὸς δὲ ὑπέμεινεν, ἵνα ἐπιδείξῃ ἐπὶ τῆς γῆς ὤν, ὅτι τὴν ἀνάστασιν αὐτὸς ποιήσας κρινεῖ. Πέρας γέ τοι* ***διδάσκων*** *τὸν Ἰσραὴλ καὶ τηλικαῦτα τέρατα καὶ σημεῖα* ***ποιῶν*** *οὐχ ὅτι ἐκήρυσσον αὐτόν*, in sancti Ignatii martyrii IV. 2. *τοιγὰρ οὖν τοὺς πάντας ὁρῶν εὐνοϊκῶς διακειμένους περὶ αὐτὸν* ***φοβηθεὶς*** *μή ποτε ἡ τῆς ἀδελφότητος στοργὴ τὴν πρὸς κύριον αὐτοῦ σπουδὴν ἐκκόψῃ, καλῆς ἀνοιχθείσης αὐτῷ θύρας τοῦ μαρτυρίου*, in N. T.[5]) Paul. 8. 18. *συνεπέμψαμεν δὲ τὸν ἀδελφὸν ... οὗ ὁ ἔπαινος ... διὰ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ* ***χειροτονηθεὶς*** (pro *ἐχειροτονήθη*)

1) Kuehner II 386 Anm. 4.
2) Schmid III 55 f. Zur Bezeichnung des Zeitraumes, innerhalb dessen etwas geschieht, ist der bloße Dativ in attischer Prosa selten, sehr häufig dagegen in der späteren Literatur IV 58.
3) Schmidt p. 382.
4) Blass p. 122.
5) Blass p. 291.

ὑπὸ τῶν ἐκκλησιῶν. Adde Vettii Valentis editionis Krollianae p. 197. 11. *κινδύνους γὰρ καὶ ζημίας* **ἐπέχων** *χάριν γραπτῶν καὶ ἀργυρικῶν ἢ ψηφικῶν ἀμφισβητήσεις* . . . Videas etiam indicis Marci Diaconi p. 137. Cum hoc participio, quod dicimus, absoluto conferre non licet illud participium absolutum et apud vetustiores [1]) et apud recentiores [2]) auctores conspicuum. Ut discrimen cernas, adeas Thucydidis IV. 23. 2 *τὰ περὶ Πύλον ἐπολεμεῖτο, Ἀθηναῖοι μὲν τὴν νῆσον περιπλοῦντες.* Verborum constructionem Thuc. mutavit, tamquam si *τὰ περὶ Πύλον ἐπολέμουν* sc. *οἱ σύμμαχοι* scripsisset.

Maiorem iam difficultatem movet haec Ps. Dem. dictio in decreto pro cor. 74 obvia: *εἰ δέ τι πλημμελοῦντα παρὰ τὰ ἐπεσταλμένα* **λαβών.** Quod participium ortum esse peccato scribae alicuius putaremus, nisi testimoniis apud alios scriptores conspicuis ab hoc errore revocaremur. Videas Barnabae epistulae VI. 11. *ἐπεὶ οὖν* **ἀνακαινίσας** *ἡμᾶς ἐν τῇ ἀφέσει τῶν ἁμαρτιῶν, ἐποίησεν ἡμᾶς ἄλλον τύπον, ὡς παιδίων ἔχειν τὴν ψυχήν,* Aristeae epistulae 166 *ὅσα γὰρ δι' ἀκοῆς* **λαβόντες,** *ταῦτα τῷ λόγῳ σωματοποιήσαντες κακοῖς ἑτέρους ἐνεκύλισαν.* In papyri Fayum Towns by Grenfell, Hunt, Hoyard c. 124. 14 est *ἐπεξελευσόμενος ἐάν τις ἄλλα περὶ ταῦτα* **ποιήσας.** Aliquid certi de his structuris statui posse despero. Nescio an *ἐστί, εἰσί, ᾖ* supplenda sint. Adamabant enim posteriores pro verbo finito participium cum verbo *εἰμί* coniunctum scribere. Quod genus circumscribendi iam apud vetustos Atticos exstat.[3]) Latissime occurrit in N. T.[4]) apud patres apostolicos, velut apud Barnabam (cf. ep. XI 9. *ἦν ἐπαινουμένη*, XI 10. *ἦν ἕλκων*). Affero ex Polyaeni 1. 21. 3 *εἴη παθών,* Marci Diaconi 63. 23 *ἦν προκηρύξας.* Ad hanc rem cf. Radermacheri adnotationum ad Demetrii de elocutione libellum p. 116 et Schmidii de Atticismo libri III 112.

Neque vero desunt contraria. Ps. Dem. structuram ita neglexit, ut ex participio in verbum finitum transiret. Legimus pro cor. 39

---

1) Kuehner II 661.
2) Schmid I 51. 249, II 68.
3) Kuehner II 35 Anm. 3.
4) Blass p. 207 ff.

ἴστε ἡμᾶς παρεληλυθότας εἴσω Πυλῶν καὶ ὅσα μὲν προσετίθετο τῶν πολισμάτων φρουρὰς εἰσαγηοχότας, τὰ δὲ μὴ ὑπακούοντα κατὰ κράτος λαβόντες καὶ ἐξανδραποδισάμενοι κατεσκάψαμεν. Idem est in or. in Mid. 121 *οἴδαμεν Μειδίαν ἐλθόντα . . . καὶ λέγοντα . . . καὶ συμβουλεύοντα, ταῦτα δὲ ἔλεγε.* Ps. Dem. constructionem mutavit, quamquam verba *ἔλεγε δὲ ταῦτα* ex *οἴδαμεν* pendeant necesse est. Exempla, quae apud veteres [1]) exstant, non plane consentiunt cum hac elocutione. Videas Demosthenis 57. 11: *μαρτύρας μὲν παρασχόμενος . . . . . παρεκελεύετο δέ.* Item testimonia, quae Blassius p. 252 congessit, in hanc rem non quadrant. Simile exemplum invenitur in Longi pastoralium libri 2. 4. *ἔγνων καὶ τράγον φιλήσαντα αἶγα και ἠκολούθει πανταχοῦ.* Aliud iam indicium, ex quo scribendi neglegentiam Ps. Dem. cognoscis, habes pro cor. 78: *καὶ ταῦτα συνετάχθη τῷ ναυάρχῳ . . . ὑπὸ δέ τινων ἀρχόντων καὶ ἑτέρων ἰδιωτῶν μὲν νῦν ὄντων ἐκ παντὸς δὲ τρόπου βουλομένων τὸν δῆμον τὸν πόλεμον ἀναλαβεῖν, πολλῷ μᾶλλον φιλοτιμουμένων τοῦτο συντετελέσθαι ἢ τοῖς Σηλυμβριανοῖς βοηθῆσαι, καὶ ὑπολαμβάνουσι αὐτοῖς τὸ τοιοῦτο πρόσοδον ἔσεσθαι.* Sententia participiis accumulatis nimis impedita et ultra modum evagata Ps. Dem. subito ad verbum finitum transgressus est.

9. De oratione recta obliquae mixta.

In decretis pro cor. 37. 38. 106 legibusque or. in Mid. 8. 10 infinitivi et imperativi alii alios se excipiunt. Idem inveniri in decretis Atticorum Meisterhansius [2]) docet. Miratur autem ille vir doctus, quod enuntiatum tituli cuiusdam Attici ab accusativo cum infinitivo exorsum imperativo clauditur, quod invenies in or. in Mid. 8. *χρηματίζειν πρῶτον, ἔπειτα τὰς προβολὰς παραδιδότωσαν.* In decreto pro cor. 73 habemus hanc structuram: *εἶπεν . . . . ἐπιμεληθῆναι τοὺς πρυτάνους . . . . ὅπως αἱρεθῶσι πρέσβεις πρὸς Φίλιππον, οἵτινες διαλέξονται πρὸς αὐτὸν . . . καὶ εἰ πεποίηκεν Ἀμύντας* (simul audias *λέξουσι*) *ὅτι οὐ μεμψιμοιρεῖ ὁ*

---

1) Kuehner II 657. 2.
2) Meisterhans p. 206: In den Dekreten herrscht großes Schwanken zwischen Imperativ und Infinitiv.

δῆμος, εἰ δέ τι πλημμελοῦντα λαβὼν (λέξουσι) ὅτι ... ἐπιτιμήσουσι, εἰ δὲ μηδέτερον τούτων ἐστίν ..., καὶ τοῦτο λέγειν, ἵνα ... ὁ δῆμος βουλεύσηται τί δεῖ ποιεῖν. Verbum *λέγειν* neglegenter dictum est pro *ἐπαγγέλειν* (cf. Wortmanni dissertationis p. 42) et pendet ex *εἶπεν* verbo. Pro infinitivo autem requiritur futurum, quod respondet *διαλέξονται* verbo. Ps. Dem. igitur *καί* particula omissa *τοῦτο ἐπαγγελοῦσι ἵνα* scribendum erat. Pro cor. 184 ab oratione indirecta in directam transiit et tum iterum ad indirectam rediit ita, ut haec monstra periodorum evadant: *δεδόχθαι ..... παρακαλεῖν .... καὶ (εἰπεῖν) ὅτι ὁ δῆμος βοηθήσει* (185) .... *ἔτι δὲ οὐδὲ ἡγεῖται ὁ δῆμος* (hic in orationem directam transilit) ... *ἀναμιμνήσκεται δὲ ... καὶ κατήγαγον* (sc. *ὁ δῆμος*) ... *καὶ ὑπεδεξάμεθα ... καὶ πολλὰ ὑμῖν ὑπάρχει ... οὐδὲ ἀποστήσεται ὁ δῆμος .... συνθέσθαι δέ* (hic ad obliquam redit).

Ex compositione horum duorum decretorum, ad quam accedunt constructiones ad sensum *ἐπιτιμήσουσι* (74) et *κατήγαγον* (sc. *ὁ δῆμος*), utraque decreta ex una eademque manu fluxisse elucet. Atque haec decreta non esse profecta a plebiscito Atheniensium, quorum decreta perspicuitate elegantiaque celeberrima habemus, in propatulo est. Ut cognoscas, quantopere Ps. Dem. dicendi genus consentiat cum dicendi genere vulgari, adeas decreta Istroniorum aliarumque civitatum Asiae minoris in inscriptionibus conspicua, quas Le Bas collegit, 64. 70. 72. 74. Est in inscriptione 70 *Ἔδοξε Ἰστρονίων τᾷ πόλει· Ἐπειδὴ Τήϊοι ἀπέσταλκαν Ἀπολλόδοτον καὶ Κωλώταν ... οἵ τό τε ψάφισμα ἀπέδωκαν καὶ αὐτοὶ διελέγην ... τὰν ἐκτενεστάταν σπουδὰν καὶ φιλοτιμίαν ποιούμενοι περὶ τοῦ γενέσθαι τὰν καθιέρωσιν τῷ Διονύσῳ ... ἔτι δὲ καὶ τἄλλα ὑπάρχοντα αὐτοῖς ἔνδοξα καὶ τίμια διὰ τὸν θεὸν ψαφισαμένους καὶ αὐτοὺς συναύξειν καὶ ἀεί τινος ἀγαθοῦ παραιτίους γίνεσθαι τῷ δάμῳ καὶ ὅτι ταῦτα ποιήσαντες ἀκόλουθα πραξίομεν τᾷ τε εὐσεβείᾳ καὶ χαριξιόμεθα τῷ δάμῳ ....*

Dura exstat anacoluthia in decreto 185, ubi infinitivum ab *ὅτι* particula pendentem videmus. Legimus *εἰδώς, ὅτι ... καλόν, ὑπὸ δὲ ἀλλοφύλου ἀνθρώπου ἄρχεσθαι καὶ τῆς ἡγεμονίας ἀποστερεῖσθαι ἀνάξιον εἶναι.* Wortmannus p. 55. *εἶναι* verbum neglegentia scribae irrepsisse sibi persuasit et *ἐστί* legere mavult. Aliter rem se habere demonstrare conabor. Id genus testimonia iam

veteres raro quidem protulerunt.[1]) cf. Xen. Cyr. 2. 2. 2 *εἰδὼς ὅτι, ὅσῳ ἂν πλείους συλλεγῶσι εἰς τὸ ἄστυ καὶ τὸν Παιρειᾶ, θᾶττον τῶν ἐπιτηδείων ἐνδείαν ἔσεσθαι,* in eiusdem libri 4. 15 est *ἀκούω ὅτι γίγνεσθαι.* Natae sunt hae anacoluthiae scriptoris scribendi licentia constructionem inceptam neglegentis. Quam ob rem invenies apud eos scriptores, quorum incuria in sententiis construendis cognita est. Adeas Diodori 14. 20. 3 [*Συέννεσις*] *τὸν ἕτερον τῶν υἱῶν ἐξέπεμψεν πρὸς τὸν βασιλέα λάθρα δηλώσοντα καὶ τὰς δυνάμεις ἐπ' ἐκεῖνον ἠθροισμένας καὶ διότι τῆς μὲν συμμαχίας δι' ἀνάγκην τῷ Κύρῳ μετέχει, τῇ δ' εὐνοίᾳ πρὸς ἐκεῖνον, ἂν καιρὸς γένηται, καταλιπὼν ἐκεῖνον τῷ βασιλεῖ συστρατεύσεσθαι* et 15. 11. 1. Alia huius dicendi generis exempla habes in Appiani 1073. 11: *οἱ δὲ ἀντεδίδασκον αὐτούς, ὅτι αὐτῷ μὲν καὶ Ἀντωνίῳ ταῦτα εἶναι φίλια καὶ κοινά,* et in N. T.[2]) cf. actorum apostolorum 27. 10 *θεωρῶ ὅτι .... μέλλειν ἔσεσθαι.* Adde Aristeae epistulae 125 *μετείληφε γὰρ καλῶς αὐτὸν λέγειν, ὅτι πρὸς ἑαυτὸν ἔχων ἄνδρας δικαίους καὶ σώφρονας τὴν μεγίστην φυλακὴν τῆς βασιλείας ἕξειν.* (*ἕξει* Schmidtius coniecit, *δόξειεν ἕξειν* Wilkenius) et 314 *καὶ γὰρ ἔφησεν ἀκηκοέναι Θεοπόμπου, διότι μέλλων τινὰ τῶν προηρμηνευομένων ἐπισφαλέστερον ἐκ τοῦ νόμου προσιστορεῖν ταραχὴν λαβεῖν τῆς διάνοιας πλεῖον ἡμερῶν τριάκοντα.* (Wendlandius, qui edidit eqistulam Aristeae, *λάβοι* emendavit). Sed lectiones genuinas esse censeo. Primum enim fieri potest, ut infinitivi attrahendi quae dicitur vi infinitivorum *λέγειν* et *ἀκηκοέναι* nati sint, tum supra exempla suppeditavimus, quae infinitivos ex *ὅτι* particula pendentes exhibent.

10. De infinitivo cum articulo coniuncto.

Infinitivus ex praepositione pendens apud Ps. Dem. semper habet articulum. Invenies illum autem infinitivo additum, ubi Attici sermonis consuetudinem respicientes non exspectamus. Scriptum est pro cor. 183 *ὑπελάμβανεν ἔλαττον εἶναι τὸ εἰς αὐτὸν*

---

[1]) Kuehner II 876 Anm. 3 b. Es kommt sogar vor, daß im abhängigen Satze mit *ὅτι* und *ὡς* eingeleitet auch bei einfacher Satzfügung das Prädikat des Satzes im Infinitiv nachfolgt.

[2]) Blass p. 238.

πλημμελεῖσθαι et brevi post *δεινὸν ἡγεῖται καὶ ἀνάξιον τὸ περιορᾶν τοὺς Ἕλληνας καταδουλουμένους.* Cur Ps. Dem. articulo addito infinitivo maiorem vim attribuere voluerit, nescio, praesertim cum in eodem titulo scripserit *ἄρχεσθαι καὶ ἀποστερεῖσθαι ἀνάξιον εἶναι.* Polybium infinitivum cum articulo coniungere adamasse affirmat Stichius.[1]) In N. T.[2]) est *περισσόν ἐστι τὸ γράφειν.*

11. De genetivo pro adiectivo posito.

Mira dicendi ratio occurrit in or. in Mid. 93: *ἐπεὶ ἧκεν ἡ κυρία τοῦ νόμου.* In rhetorum Atticorum libris non nisi *ἡ κυρία* traditur. cf. eiusdem orationis 84 *ἐπειδή ποθ' ἧκεν ἡ κυρία.* Quamquam huius loci haud immemor erat, tamen interpolator genetivum *τοῦ νόμου* ad *κυρία* vocem applicavit ea haud scio an adductus causa, ut lectores vim *κυρία* vocis intellegerent. Sed maximam offensionem habet, quod genetivum loco adiectivi *νομική* posuit. Quae dicendi ratio Ps. Dem. conspirat cum scriptorum hebraicorum, qui morem pro adiectivo genetivum ponendi in deliciis habentes satis multa exempla huius dictionis suppeditant. Adeas Aristeae epistulae 59 *τὴν διάπτυσιν τῆς ὡραιότητος*, 62. 97, patrum apostolicorum epistulas (cf. Barnabae epist. II 10 *ὀσμὴ εὐωδίας*), Flavii Iosephi libros.[3]) Neque desunt exempla in N. T.[4]). cf. Luc. 16. 8 *ὁ οἰκόνομος τῆς ἀδικίας.* Quomodo Ps. Dem., ut hunc morem hebraicum adhiberet, commotus sit, intellegi non potest. Illum fuisse Iudaeum cave ne arbitreris.

12. De participii et adiectivi neutro substantivi abstracti instar.

Adiectiva et participia articulo instructa iam a veteribus scriptoribus atque imprimis a Thucydide[5]) pro substantivis adhibentur. Qua in re recentiores a vetustioribus eo differunt, quod saepius illis neutri adiectivi et participii vim substantivi

[1]) Stich p. 24.
[2]) Blass p. 339.
[3]) Schmidt p. 514.
[4]) Blass p. 100.
[5]) Kuehner II 229.

attribuerunt, velut Polybius,[1]) Appianus,[2]) Philo,[3]) Atticistae.[4]) Adde libros sacros.[5]) Neque aliena est haec Atticorum et posteriorum auctorum ratio dicendi a Ps. Dem. cf. pro cor. 38 *περὶ τοῦ ἀδυνάτου,* 39 *μὴ ἐμμένητε τοῖς ὡμολογημένοις,* 74 *παρὰ τὰ ἐπεσταλμένα,* 166 *κατὰ τὸ συμφέρον, συγκατατίθεμαι τοῖς παρακαλουμένοις,* 183 *ἐκ τοῦ τυχόντος.* Sed quantam vim neutrum adiectivi induerit apud posteriores, demonstratur hoc luculento exemplo pro cor. 186: *οὐδὲ ἀλλότριον ἡγεῖται εἶναι . . . τὸν Θηβαίων δῆμον οὔτε τῇ συγγενείᾳ οὔτε τῷ ὁμοφύλῳ.* Veterum auctorum non nisi poetae ad liberam dicendi rationem populi proni sic scripserunt.

13. De constructione quam dicimus ad sensum.

Hanc structuram, quae est Atticis in deliciis, Ps. Dem. adhibuit pro cor. 186 *κατήγαγον* sc. *ὁ δῆμος* et 74 *εἰ δέ τι πλημμελοῦντα λαβών, ὅτι ἐπισκεψάμενοι ἐπιτιμήσουσι* sc. *ὁ δῆμος.* Offensioni autem est illud *λαβών,* pro quo propter participium *ἐπισκεψάμενοι,* quod sequitur, *λαβόντες* meo quidem iudicio scribendum erat. Constructio notabilis est in or. in Mid. 168 *παντὸς δὲ τοῦ στόλου πλεόντων ἐν τάξει.* Kuehnerus eiusmodi constructionem in Atticorum scriptis prodire nullo exemplo demonstrat, ne poetae quidem ad tantam dicendi audaciam accedere ausi sunt. Exempla similia habes in scriptis, in quibus dicendi genus plebleium vigere constat, velut in N. T.[6]) L. 2. 13 *πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου αἰνούντων τὸν θεὸν καὶ λεγόντων,* in inscriptionum orientis Graeci 200. 6 *ἀτακτησάντων κατὰ καιρὸν τοῦ ἔθους τῶν Βουγαεινῶν.* Quae inscriptio tribuitur initio saeculi p. Chr. n. quarti.

[1]) Kaelker p. 282.
[2]) Kratt pg. 1.
[3]) Treitel p. 7.
[4]) Schmid I 87. 233: Die Substantivierung neutraler Adiektive ist bei den Attizisten sehr verbreitet. Es scheint ihr eine gewisse Neigung der Vulgärsprache entgegengekommen zu sein.
[5]) Blass p. 157.
[6]) Blass p. 81.

14. De ellipsi et anacoluthia.

Ps. Dem. neglegentia scribendi cum ex aliis rebus tum ex ellipsis et anacoluthiae usu apparet.

Incipiamus ab ellipsi. Substantivum *γραφήν* desideramus pro cor. 54 *ἀπήνεγκε πρὸς τὸν ἄρχοντα παρανόμων* et 105 *ἀπήνεγκε παρανόμων*. Rhetores Attici *γραφὴν ἀποφέρειν* dicere solebant. cf. Dem. 26. 11 *τούτου τοῦ ψηφίσματος γραφὴν παρανόμων ἀπήνεγκας*, 19. 2. 57; 23. 5; 26. 8; 27. 12; 58. 32. 46; Aeschin. p. 85. 2. Magnopere substantivum requiritur 92 *ἐξελόμενος ἐκ τῆς Φιλίππου*.

Venimus ad anacoluthias, quas gravissimas Ps. Dem. admisisse capitibus, quae sunt de participiis et de oratione recta obliquae mixta, demonstravimus. Anacoluthia quae afferatur digna exstat pro cor. inde a 181 ad 184. Exorditur periodus a sententia secundaria (*ἐπειδὴ Φίλιππος*)', tribus enuntiatis libere et audacter insertis (*καὶ γὰρ . . ., ἕως μὲν . . ., νῦν δὲ . . .*) sententia primaria (*διὸ δεδόχθαι*) demum sequitur. Gravis anacoluthia iam est pro cor. 165. Legitur *δεδόχθαι πέμψαι κήρυκα καὶ πρέσβεις οἵτινες . . . παρακαλέσουσι αὐτὸν ποιήσασθαι τὰς ἀνοχάς, ὅπως ὁ δῆμος βουλεύσηται, καὶ γὰρ νῦν οὐ κέκρικε βοηθεῖν ἐν οὐδενὶ τῶν μετρίων*. Legati, quae senatus decrevit, Philippo renuntiare iubentur, ad quae pertinet etiam *καὶ γὰρ νῦν οὐ κέκρικε*. Scribere debebat igitur Ps. Dem. *καὶ ὅτι καὶ νῦν . . .* velut est 155 *καὶ διότι αὐτὸν στρατηγὸν αὐτοκράτορα αἱροῦνται οἱ Ἕλληνες*. Quod supra diximus, licet hoc loco iterare. Caret Ps. Dem. omni periodorum construendarum arte.

III. De delectu verborum.

Legenti decreta, testimonia, epistulas, leges orationum in Midiam et pro corona habitarum occurrunt vocabula haud pauca, quae in Atticorum sermone desunt. Haud inutile erit investigare, cuius aetatis et cuius dialecti sint haec vocabula, praesertim cum hac quoque via solvatur quaestio, sintne illa acta publica genuina an spuria.

Videamus primum vocabula Ionica.

ἐλινύειν, quod est in or. in Mid. 53, apparet apud Herodotum (cf. 1. 67 *ἐλινύσας οὐδένα χρόνον*. 7. 56; 8. 71). Saepius exstat in Hippocratis libris. Exempli causa affero de rat. vict. p. 392. 4. 6, de fract. p. 751. 53. Ex sermone Ionico mutuati sunt poetae tragici et lyrici. cf. Aeschyli Prom. 53 et 527, Arist. Thesm. 598 in dialogo (*οὐκ ἐλινύειν ἔχρην*), Pind. Nem. 5, 1. Invenitur etiam apud Theocr. 10. 51, Apoll. Rhod. I 589, Plut. Num. c. 14, Dion. Hal. A. R. 1. 38, Aelian., Philostr.[1])

λεηλατεῖν pro cor. 157 dialecto Ionicae attribuit Thumbius. Exstat apud Herodotum (2. 152; 5. 101), Xenophontem (Cyr. 1. 4. 17), cuius in verborum supellectile multa esse vocabula Ionica Thumbius docet.[2]) Usi sunt etiam poetae tragici ut Soph. Ai. 342, Eur. Hec. 1143, Rhes. 392 et auctorum recentiorum Diodorus 14. 90. 30; 15. 31. 4; Plutarchus Cam. c. 17, Mor. c. 133, Herodianus 3. 9. 6, Longus III 1.

εὐχαριστεῖν pro cor. 92 esse dialecti Ionicae vel inde efficitur, quod Hippocrates primus usurpavit. Est in epist. p. 1284. 31 *ὁ σὸς πρόγονος Ἀσκλήπιος νουθεσίῃ σοὶ γενέσθω, σῴζων ἀνθρώπους κεραυνοῖς εὐχαρίστηται*. *εὐχαριστέω* derivatur ab *εὐχάριστος* adiectivo apud eundem Hippocratem et saepius apud Xenophontem obvio. Atticos verbum *εὐχαριστεῖν* sprevisse docet Phrynichus eclogarum p. 18 *εὐχαριστεῖν οὐδεὶς τῶν δοκίμων εἶπεν, ἀλλὰ χάριν εἰδέναι*.. Inde ab aetate Polybii est verbum celebre atque obvium. Adhibetur a Polybio 16. 25. 1; 18. 26. 4 saepiusque, a Diodoro 16. 11; a Vettio Valente (cf. indicem editionis Krollianae), frequentissime usurpatur in N. T., in inscriptionibus, in papyris.[3]) Exemplorum magnam copiam exhibent inscriptiones dedicantium aliquid. cf. inscr. Gr. 806. 3; 326. 4; or. Gr. 234. 20; 458. 7; Le Bas 65. 70. Scriptores ecclesiastici cum accusativo posuerunt velut *εὐχαριστεῖν τὸν ἄρτον*.

εὐχαριστία vocabulum, quod non est in Atticorum usu, apparet pro cor. 91. Primus qui scripsit est idem Hippocrates

---

1) Schmid III 194. IV 195.

2) Thumb p. 215.

3) Mayser p. 461.

(cf. p. 82. 11 εὐχαριστίην δὲ οὐ περιαιρέω). Usurpaverunt Polybius 8. 14. 8; Diodorus 17. 59; Philo 1, patres apostolici. Saepissime occurrit in N. T., in inscriptionibus Graecis et orientis Graeci. Satis est afferre inscr. Gr. 192. 4; 365. 5; inscr. or. Gr. 199. 31; 727. 6; Le Bas 106.

Fluxerunt haec vocabula ex sermone Ionico in dialectum quae dicitur κοινή, unde postea in auctorum libros manaverunt.

Vocabula, quae aetate demum hellenistica inveniuntur.

παρεύρεσις in decreto Atheniensium pro cor. 37 nusquam in libris auctorum veterum prodit. Secundum elocutionem Atticorum pro μηδεμιᾷ παρευρέσει μηδεμιᾷ προφάσει expostulamus. παρεύρεσις in sermone vulgari esse tritissimum testes sunt inscriptiones et papyri. μηδεμιᾷ παρευρέσει est in inscriptione Pergamena 39, quae est anni trecentesimi a. Chr. n. sexagesimi tertii, in inscriptionibus orientis Graeci (266. 63; Le Bas 334) et Graecis (514. 30; 517. 45). Apud Le Bas legis etiam κατὰ οὐδεμίαν παρεύρεσιν (1632) et πᾶσα μοχθηρὰ παρεύρεσις (339). Est παρεύρεσις in Oxyr. Pap. III 429. 9 aliis.[1]) Aristeas usurpavit 14 (ἐπεί τινα παρεύρεσιν ὑπελάβομεν) et 120. Alia exempla Wortmannus profert. παρευρίσκειν verbum exstat apud Herodotum I 26.

ἀναγόρευσις pro cor. 84. 116. 118. 120 usurpatum neque scriptores prioris neque eiusdem aetatis, qua erat Demosthenes, adhibuerunt. Demosthenes dicit ἀνάρρησις. cf. 58 εἶτ' ἄξιός εἰμι τοῦ στεφάνου καὶ ἀναρρήσεως. Miramur igitur, quod auctor decretorum Demosthenem non secutus est sed vocem e sermone cotidiano promptam praetulit. ἀναγόρευσις in usu est inscriptionum non Atticarum sed aliarum gentium Graecarum. cf. inscr. Gr. 192. 32; 521. 44. 101; or. Gr. 299. 17; 339. 97; Le Bas 1572. Est etiam in Plutarchi Marc. c. 14, Gracch. c. 12, Coriol. c. 20. Novas voces in -ις- exeuntes frequenter exstare in LXX et papyris demonstraverunt Helbingius[2]) et Mayserius.[3])

---

[1]) Mayser p. 438.
[2]) Helbing p. 116.
[3]) Mayser p. 436.

ἀνακομιδή pro cor. 75 in Atticorum libris non conspicuum primum usurpatur ab Aristotele H. A. 8. 12 ἀγελάζονται αἱ φάτται, ὅταν ὥρα ᾖ, πρὸς τὴν ἀνακομιδήν, quod „reditum“ vertamus ex sententia enuntiati necesse est. Eundem habet significatum apud Ps. Dem., Diodorum 17. 69, Dionysium Halicarnassensem A. R. 53, ἀνακομιδὴν ποιεῖσθαι Polybius dicit 1. 68. 3; 3. 106. 7; 4. 39. 6.

Progrediamur ad adiectiva.

συγκάταινος pro cor. 167 aqud Atticos non prodit. Lexicis et papyris illud esse recentioris aetatis docemur. Est in Diodori 4. 40. 2 λαβεῖν συγκάταινον αὐτόν, 15. 92. 4 συγκάταινος γενόμενος ταῖς τοῦ πατρὸς ἐπιβολαῖς, 14. 45. 4, in Iosephi A. I. 4. 8. 32, in pap. Tebt. I 22. 5.

ἀλειτούργητος est in decreto Byzantinorum pro cor. 91. Hoc quoque decretum a Ps. Dem. fictum esse infra demonstrabo. ἀλειτούργητος dictum pro ἀτελής verbo Attico invenitur apud Diodorum 2. 40 ἀλειτούργητοι πάσης τῆς ὑπουργίας, apud Dionem Chrysostomum or. 7 p. 104. 21 ἀλειτούργητοι καὶ ἀτελεῖς, apud Eusebium H. Ep. 4. 88. 14 ἀπὸ πασῶν τῶν λειτουργιῶν ἀλειτούργητος, in inscriptionibus orientis Graeci 213. 17; Le Bas 407, in papyris Vaticanis E. 33, F. 26.

Adiectivum **κοιταῖος**, quod est in decreto pro cor. 37 (κοιταῖον γίγνεσθαι), a Suida ὁ κατὰ τὴν ὥραν τῆς κοίτης ἐρχόμενος exponitur, quae explicatio perbene quadrat in hunc locum. Apud Atticos κοιταῖος non est in usu. Polybius, quem multa vocabula e sermone plebeio sumpsisse novimus, primus usurpavit 3. 6. 10 τάξας ἡμέραν, ἐν ᾗ δεήσει ἐν Ἀριμίνῳ γενέσθαι κοιταίους. Exstat apud Heliodorum 3. 4 τὰ κοιταῖα τοῖς νυχίοις θεοῖς ἐπισπείσαντες. Neutrum κοιταῖον vi substantivi praeditum pro κοίτη dictum est a Plutarcho Tib. Gracch. c. 9. τὰ μὲν θηρία ... καὶ φωλεὰ ἔχει καὶ κοιταῖόν ἐστιν αὐτῶν ἑκάστῳ, de prud. an. p. 972 A.

Transeamus ad verba composita.

ἀποκοιτεῖν pro cor. 37 conspicuum praeter hunc locum a Iosepho B. I. 6. 1. 7 et in pap. Petr. II 44. 20[1]) usurpatum est. Alia composita velut *προκοιτεῖν* sunt apud Iosephum B. I. 4. 5. 1, Dionem Cassium 45. 15, *παρακοιτεῖν* apud Polybium 6. 33. 12. Simplex *κοιτεῖν* apud auctores non apparet. Cum adiectivis colligatum est in Aristophanis Lys. 592 (*μονοκοιτεῖν*), in Theocriti 8. 78 (*αἰθριοκοιτεῖν*). Quod poetae sic elocuti sunt, id testimonium est iam antiquis temporibus composita verbi *κοιτεῖν* in sermone cotidiano fuisse. Cum praepositionibus colligatum primum adhibitum est a Polybio 6. 33. 12; *μία δ' ἐξ ἁπασῶν καθ' ἡμέραν σημαία ἀνὰ μέρος τῷ στρατηγῷ παρακοιτεῖ.*

In eodem decreto legimus **ἀφημερεύειν,** quod hoc loco excepto in papyris solis exstat. cf. pap. Hibeh. I 148. 3 pap. Petr. II 44. 20. Simplici *ἡμερεύειν* usi sunt Aeschylus (Cho. 699), Sophocles (El. 777), Demosthenes 44. 4. Ex compositis Xenophon (Cyr. 7. 5. 53; 7. 5. 86), et Aeschines (1. 53) usurpaverunt *διημερεύειν*, Plato (Phaedr. 240 C conv. 217 B) Xenophon (mem. 1. 4) *συνημερεύειν. ἐνημερεύειν* est apud Polybium 22. 10. 6, Diodorum 11. 8, *παρημερεύειν* apud Pollucem 165. Quae composita congessi, ut alteram compositorum partem iam aetate Atticorum, alteram postea ad normam alterorum fictam esse videas. *ἀφήμερος* adiectivum, quod sine dubio derivatur ab *ἀφημερεύειν*, habes in pap. Petr. II 44. 19, Tebt. I 104. 28, Oxyr. III 697. 4.[2])

καταβραβεύειν in or. in Mid. 93. Suidas sic explicat: *τὸ ἄλλου ἀγωνιζομένου ἄλλον στεφανοῦσθαι λέγοι ὁ Ἀπόστολος καταβραβεύεσθαι.* Usurpatur a Paulo ad Col. 2. 18 *μηδεὶς ὑμᾶς καταβραβευέτω*, a scholiasta ad Il. 1. 399 *ἦν δὲ θαλάσσιος δαίμων, οὗτος καὶ τὸν πατέρα Ποσειδῶνα κατεβράβευεν. βραβεύειν τὰ δίκαια* Demosthenes 3. 28 dicit, *βραβεύειν ἔριν* Plutarchus Cic. c. 42. Verbum *καταβραβεύειν* igitur forsitan in sermone communi idem significet quod *κατακρίνειν* in sermone Attico. Alia composita usurpata videmus ab Aesopo (*διαβραβεύειν, ἐπιβραβεύειν*) a Plutarcho (de vit. pud. 17) et a Polybio (24. 1. 12) *παραβραβεύειν*. In LXX

1) Mayser p. 462.
2) Mayser p. 483.

est *συμβραβεύειν*. Temporum posteriorum proprium esse nova formare composita his exemplis prolatis elucet. Plura exempla huius dicendi generis ex papyris contulit Mayserius.[1])

Pro **ἐξαποστέλλειν** verbo decomposito pro cor. 77 Attici non nisi *ἀποστέλλειν* in usu habebant, quod a Ps. Dem. ipso 73. 74. 91. 135 positum est. Rara sunt in veterum scriptorum libris verba his praepositionibus praefixa. Habemus, ut exempla afferam, apud Homerum et tragicos *ἐξαπολλύναι,* apud rerum scriptores Herodotum, Thucydidem *ἐξαπαλλάττειν*. Plato semel *ἐξαπολλύναι* (Ion. 539), quod ex Homero promptum est, usurpavit, ceteroquin aeque atque Demosthenes talia verba vitavit. *ἐξαποστέλλειν* autem in veterum libris frustra quaeritur. Primum invenitur apud Polybium 13. 11. 1; 15. 2. 4; 4. 84. 4. Diodorus ita adamavit, ut in libro quarto decimo decies posuerit. Aristeas habet 13. 126. 127. 274; neque hoc verbo carent inscriptiones. cf. inscr. Gr. 326. 37. 43; 276. 19; 928. 5; inscr. or. Gr. 443. 35; 453. 30. Est etiam in papyris.[2]) Nescio, utrum *ἐξ* praepositio addita sit populi libidine abundanter dicendi an quod *ἀποστέλλειν* multo usu tritum veterem vim amiserit. Magnam copiam verborum decompositorum, quibus scriptores Attici non usi sunt, ex LXX Helbingius,[3]) ex papyris Mayserius[4]) congesserunt.

In **ἀντιπαρεξάγειν** verbo pro cor. 39 tres praepositiones habent offensionem. In Atticorum sermone verba tribus praepositionibus praefixa sunt rarissima. Exemplum exstat apud Demosthenem in or. in Mid. 165 *προεξανέστημεν*. Illa autem series praepositionum *ἀντιπαρεξ* apud scriptores veteres nusquam prodit. Postea saepius proferuntur verba tribus praepositionibus colligata, ut exempla afferam, apud Dionysium Halicarnassensem A. R. 3. 11 *ἀντιπαρεξετάζειν,* apud Plutarchum Cic. c. 43 *ἀντιπαρεξιέναι,* apud Diodorum 14. 20. 3 *συνεξαποστέλλειν,* in IV Math. 9. 19 *προεπικατατείνειν. ἀντιπαρεξάγειν* tum intransitive tum transitive usurpatur. Sine casu positum est in hac epistula Philippi, item ab Arriano exp. 5. 17. 1 *οἱ Ἰνδοὶ παρίππευον*

1) Mayser p. 408. 497.
2) Mayser p. 498.
3) Helbing p. 128.
4) Mayser p. 497 sqs.

Ἀλεξάνδρῳ ἀντιπαρεξάγοντες τῇ ἐλάσει, a Sexto Empirico adv. dogm. I. 116. p. 405, a Galeno vol. 8. p. 86, a Plutarcho mor. p. 408 B. Cum accusativo adhibuit Plutarchus Arist. c. 17 (*ἀντιπαρεξῆγε τοὺς Πέρσας ἐπὶ τὸ δεξιόν*, Pyrrh. c. 17.

Verbis, quae Attici incognita habent, attribuendum est **μεμψιμοιρεῖν** pro cor. 74. Naturalis et principalis significatus verbi est crebris querimoniis sortem suam incusare, quam notionem praefert in Philonis vit. Mos. I 33 *καὶ πάλιν ἤρξαντο μεμψιμοιρεῖν* et I 109. Simpliciter significat conqueror. Vide Polybii, qui primus scripsit, 18. 31. 7 *τῶν μὲν μεμψιμοιρούντων, τῶν δὲ λοιδορούντων*, 23. 13. 8; 4. 60. 9; Item adhibuit Lucianus de sacrif. c. 1 *τῆς Ἀρτέμιδος μεμψιμοιρούσης, ὅτι οὐ παρελήφθη πρὸς τὴν θυσίαν ὑπὸ τοῦ Οἰνέως*, Diodorus 17. 78. In hoc decreto significatum expostulandi videtur habere. *ἀμεμψιμοίρητος* adiectivum est in inscriptionum Pergamenarum 224, in papyro Parisina XVIII 2. 1865 p. 63, *ἀμεμψιμοιρήτως* adverbium invenimus in documentorum Graecorum Berolinensium I. p. 250 n. 251. 4. Videmus igitur ex *μεμψιμοιρεῖν*, quod ipsum nescio an ab adiectivo *μεμψίμοιρος* apud Isocratem 12. 8 exstante derivatur, in sermone vulgari novum formatum esse adiectivum.

ἀνοχαί pro cor. 164. 165. 166 vocabulum est hellenisticum, si fidem habemus Moeridi dicenti: *ἀνακωχὴ Ἀττικοί, ἀνοχὴ Ἕλληνες.* Exstat iam in Xenoph. mem. 4. 4. 17 (*τίνι δ'ἂν μᾶλλον πιστεύσειαν ἢ ἀνοχὰς ἢ σπονδὰς ἢ συνθήκας περὶ τῆς εἰρήνης*, est in Plutarchi Rom. c. 19, Pelop. c. 29. Thucydides utitur *ἀνακωχή*. cf. 3. 4 *ἀνακωχὴν ποιησάμενοι*, 4. 38 *γενομένης τῆς ἀνακωχῆς*.

Quarum vocum significationes mutatae sint.

αἵρεσις vocabulum, quod bis exstat pro cor. 166 (*ἣν μὲν ἀπ' ἀρχῆς εἴχετε πρὸς ἡμᾶς αἵρεσιν, ποιήσασθαι τὴν ἑαυτῶν αἵρεσιν*) contra morem Atticorum idem valet atque *προαίρεσις* (studium, animus propensus), quem significatum primitus non habet. Significat enim usu Atticorum expugnationem aut electionem, studium autem et animus propensus sermone Attico nihil aliud est nisi *προαίρεσις*. cf. Platonis Charm. 143 C *ἐν ἑκάστῃ προαιρέσει*, Isocratis p. 235 A *οὐ περὶ μικρῶν προαίρεσιν ποιούμενος*,

or. pro cor. 306 *μέμφεσθαι τὴν προαίρεσιν αὐτῆς* et or. in Mid. 44. Quem dicendi usum Demosthenicum, quamquam ante oculos habuit, tamen Ps. Dem. non secutus est, sed potius genus dicendi commune, unde hoc verbum significatione studii voluntatis praeditum profectum esse testimonio sunt inscriptiones. cf. Le Bas 2713 *ἣν ἔχομεν πρὸς αὐτὸν αἵρεσιν*, 407, 588, et inscr. or. Gr. 18. 20; 117. 5; 219. 4; 227. 19; alia. Auctorum idem Polybius primus sic adhibuit. cf. 2. 61. 9 *διὰ τὴν πρὸς Ἀχαίους αἵρεσιν*, 5. 1. 9 *μένειν ἐπὶ τῆς αἱρέσεως*, 3. 98. 9; 18. 26. 4. Habet Aristeas 7 (*γνησίαν ἔχοντες αἵρεσιν*), Diodorus 15. 5. 2, Plutarchus Galb. c. 6, Marcus Diaconus p. 48. 5. 8. 22; 69. 2. 7. 12, Vettius Valens (cf. indicem).

Huc referendum est **πρόθεσις** vocabulum pro cor. 167. *ἐάν περ ἐπὶ ταύτης μένητε τῆς προθέσεως*. Ex sensu enuntiati conicias necesse esse illud nihil aliud hoc loco valere nisi intentionem, animum, voluntatem. Apparet haec huius verbi significatio iam apud Hippocratem p. 1292. 4 (*μετέστη τῆς ἰδίας πατρίδος . . . προθέσει τοῦ θεάσασθαι.* Idem significat in Polybii 4. 73. 2 *ἡ πρόθεσις, ἣν ἔχει τὶς πρός τινα* 1. 54. 1, in Diodori 15. 79. 4 *πολλῶν κοινωνούντων τῆς προθέσεως*, in Aristeae 9. 199. 307. 312 *κατὰ πρόθεσιν*, in martyrii Ignatii III 2. His adde inscriptiones. cf. Le Bas 63 *κατακολουθεῖν τῇ καθολικῇ μου προθέσει*, inscr. or. Gr. 763. 46; 765. 44; Apud Atticos autem hoc substantivo significatur expositio vel collocatio. cf. Platonis legum p. 947 B *τελευτήσασι προθέσεις τε καὶ ἐκφορὰς καὶ θήκας διαφόρους τῶν ἄλλων πολιτῶν* et Demosthenis 43. 64 *τῇ προθέσει τοῦ τετελευτηκότος παρεῖναι.*

ὑπερβολή pro cor. 29 (*μηδεμίαν ὑπερβολὴν ποιησαμένους*) mora vertendum est. Exstat igitur pro *ἀναβολή*. Quam vim illi voci subiecisse Ionicos ex Herodoti 8. 112 (*ὑπερβολὴ κακοῦ ἐγένετο τοῖς Καρυστίοις*) intellegitur. Eundem sensum habet apud Polybium 14. 9. 8 (*μηδεμίαν ὑπερβολὴν ποιησάμενοι*) et in Amh. pap. II. 36. 12. *ὑπερβάλλεσθαι* pro *ἀναβάλλεσθαι* usurpatum videmus ab Herodoto 3. 76: 9. 45; nec non a Platone Phaedr. p. 254 D (*δεομένων αὖθις ὑπερβάλλεσθαι*).

Verba poetica.

δαίω verbum priscum et cascum linguae poeticae in decreto Byzantinorum pro cor. 90 conspicuum maximam movet admirationem. Oritur quaestio, quo modo illapsum sit in hoc decretum. Non fuisse in Byzantinorum sermone cotidiano persuasum habeo. Nihil aliud igitur relinquitur nisi, ut Ps. Dem. illud ad orationem exornandam ex dictione poetarum mutuatum esse iudicemus. Itaque id unum verbum decretum esse spurium certissimus est testis; quod esse verum alia exstant testimonia non minus certa. cf. p. 43 sq.

Numero verborum poeticorum attribuimus illud **παραίτιος** adiectivum pro cor. 92, quod antiquis temporibus non nisi apud poetas in usu est, velut apud Aeschylum Cho. 897 (*ἡ μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραίτια*). Postea autem est verbum celebre atque usu obvium in sermone communi. Invenitur et in auctorum libris et in inscriptionibus. Est apud Polybium (5. 8. 33; 12. 24. 3.) et apud Vettium Valentem (cf. indicem). Habes in inscr. Gr. 245. 11; 491. 11; 732. 11; 929. 35; et or. Gr. 329. 23; 332. 55; 352. 58; Le Bas 64, 68 b. 70. 71. 77. 78 ceteris, in inscr. Pergam. 224. 246. Adde papyri Parisinae 64. 44.

Atticos igitur poetas *παραίτιος* adiectivum prompsisse e sermone cotidiano in propatulo est, e quo haud raro verba mutuatos esse illos testantur Mayserius et Thumbius.[1])

Restat, ut pauca addamus de voce **κακηγόριον** in or. in Mid. 93 conspicua, quae hoc loco excepto nusquam occurrit neque apud scriptores neque in inscriptionibus neque in papyris. In usu scriptorum Atticorum est *κακηγορία*. cf. Platonis Phaedr. 243 B *διὰ τὴν τοῦ Ἔρωτος κακηγορίαν* et Dem. or. in Mid. 32 *δίκην κακηγορίας* et 81 *δίκην δὲ τούτῳ λαχὼν ὕστερον τῆς κακηγορίας εἷλον ἐρήμην*. Quarum vocum memor Ps. Dem. scripsit *ὅτ᾽ αὐτῷ Δημοσθένης ἔλαχε τὴν τοῦ κακηγορίου δίκην*. Quamquam verba Demosthenis satis accurate expressit, tamen *κακηγόριον* pro *κακηγορία* usurpavit, nescio an ea de causa, quod erat in sermone communi. Iam apud veteres exstant substantiva, quae

[1]) Mayser p. 27, Thumb p. 219.

et in *-ιον-* et in *-ια-* exeunt. Huius dicendi generis exempla attulit Lobeckius Phrynichi eclogarum p. 517. Exempli causa exscripsi: *θεοπροπία* Hom. Od. et Il. *θεοπρόπιον* Hom. Il. Herod., *ἀρχαιρεσία* Herod. Plat. *τὰ ἀρχαιρέσια* Xen. Polyb. Plut., *ἐπωνυμία* Aeschyl. Plat. Thuc. *ἐπωνύμιον* Plut. Dio Cass. Hunc morem recentiores coluisse inde concludere possumus, quod Moeris[1]) illos vituperat, qui terminationem *-ιον-* terminationi *-ια-* praeferunt, quam ob rem *κακηγόριον* vocem esse hellenisticam nobis pro certo habere licet.

Verbis, quae haud dubie e sermone communi fluxerunt, allatis licet addere eas locutiones, quas inde mutuatum esse Ps. Dem. verisimile est.

Dativus pluralis *δυνάμεσι* pro cor. 185 Atticis incognitus est. Saepissime autem invenitur apud posteriores, velut apud Diodorum 14. 98. 4; 14. 113. 1; 14. 116. 3 aliis locis, apud Aristeam 193, nec non in inscriptionibus orientis Graeci (90. 12; 441. 83). *δυνάμεις* pluralis significat copias, quem sensum nondum habet apud vetustiores Atticos, posteriores ut Demosthenes hoc sensu usurpaverunt. Dativi autem pluralis nec vola nec vestigium apparet his temporibus.

Item Attici *τὰς πεζὰς καὶ ἱππικὰς δυνάμεις,* quod est pro cor. 184, dicere non solebant. Usurpabant semper numerum singularem. cf. *πεζὴ καὶ ἱππικὴ δύναμις* in Xenophontis An. 1. 3. 12, Cyr. 2. 4. 18, in Dinarchi or. in Phil. 10, in Aeschinis or. in Ktes. 96. Pluralem autem habes in inscriptionum orientis Graeci 54. 9; 155. 3; (*δυνάμεων πεζικῶν καὶ ἱππικῶν*) 90. 20 (*δυνάμεις πεζικαὶ καὶ ἱππικαί*).

Legimus pro cor. 185 *μηδὲν καταπληγέντας τὸν Φίλιππον. καταπλήττεσθαι* cum accusativo coniunctum invenies semel apud Thucydidem V. 76 (*μὴ αὐτὴν καταπλαγῆτε*), illo excepto apud neminem alium. Recentioris aevi auctores iterum iterumque cum accusativo posuerunt. Adhibetur a Polybio 4. 50. 6 (*καταπεπληγμένοι τὸν πόλεμον*), a Diodoro 14. 5. 4; 14. 6. 1; 14. 8. 8 saepissime, a Xenophonte Ephesio p. 208 (*κατεπλάγη τὴν εὐμορφίαν*), ab Ignatio epist. ad Phil. I. 1., ab aliis. In inscriptionis

[1]) Moeris p. 129 *δυσεντηρία θηλικῶς ἀττικῶς, δυσεντήριον ἑλληνικῶς.*

orientis Graeci 229. 4 legitur οὐ καταπληγεὶς τὴν τῶν ἐναντίων ἔφοδον.

Enuntiatum, quod est pro cor. 187 (οὐδὲ νῦν ἀποστήσεται ὁ δῆμος τῶν Θηβαίοις τε καὶ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι συμφερόντων), magnam habet similitudinem cum inscriptionibus Asiae minoris eadem fere verba offerentibus. cf. Le Bas 77 ἀπ' οὐδενὸς ἀπέσταμεν τῶν συμφερόντων ὑμῖν et 80 ἀπ' οὐδενὸς ἀπέστα τῶν συμφερόντων. Sic locutos esse Atticos demonstraturum exempla nulla inventurum esse puto. In titulis Atticis est, ut exempla afferam, οὐκ ἀποστήσομαι ἀπὸ τοῦ δήμου τοῦ Ἀθηναίων. cf. inscr. Gr. 17. 21; 55. 6; 101. 73.

Verba κατὰ τὸν ἀναλογισμόν, quae legimus pro cor. 106, apud Atticos non occurrunt; κατὰ τὴν ἀναλογίαν dicebant Attici, quod usurpavit Ps. Dem. in eadem lege.

Item insolenter dictum est ἐξ ὑποστροφῆς ἀποστείλαντες πρέσβεις pro cor. 166. ὑποστροφή est reversio, reflexio. ἐξ ὑποστροφῆς dicit Sophocles El. 715 ἐκ δὲ ὑποστροφῆς πῶλοι μέτωπα συμπαίουσι Βαρκαίοις ὄχοις (equi meta superata redeuntes). Aliam vim habet haec dictio in Herodoti 9. 22, ubi idem significat quod fuga. Sic scripsit Polybius 3. 45. 2. αὖθις ἐξ ὑποστροφῆς ἠπείγοντο 3. 14. 5, Diodorus 13. 19; 15. 71. Apud Ps. Dem. autem translative usurpatum est. Eandem fere vim habet meo quidem iudicio quod verbum desistendi. Athenienses Thessalis, Thebanis, Boeotis, ut se bellum Philippo illaturos adiuvarent, persuadere conati sunt, a quo conatu, cum illi non obsequantur, desistentes legatos ad Philippum mittunt.

Ab elocutione titulorum Atticorum abhorret enuntiatum, quod est pro cor. 185. βοηθήσει καὶ δυνάμεσι καὶ χρήμασι καὶ βέλεσι καὶ ὅπλοις. Attici βοηθεῖν παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν maxime in usu habebant. cf. inscr. Gr. 61. 5; 72. 22. 24; 80. 49; 90. 10; 84. 4. 9; 101. 80; 108. 16. 26; Invenitur etiam βοηθεῖν ὀξύτατα (inscr. Gr. 19. 10.), συνεβοήθει στρατιώταις καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι τοῖς κατὰ τὸν πόλεμον (163. 15); βοηθεῖν καὶ χρήμασι καὶ σίτῳ (197. 33), quae incisa sunt anno ducentesimo nonagesimo a. Chr. n. octavo.

Item οὐ κέκρικε βοηθεῖν in decreto pro cor. 165 ab usu Atticorum alienum est. κρίνειν eodem sensu usurpatum quo

ψηφίζεσθαι in titulis Atticis nusquam profertur. In inscriptionibus serioris demum aevi sic dictum videmus. cf. inscr. Gr. 329. 13. ὁ δὲ δῆμος ... κέκρικεν ἀναδεῖξαι τὸν πρὸς Μιθραδάτην πόλεμον ὑπέρ τε τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας καὶ τῆς κοινῆς ἐλευθερίας, 435. 19 ἀλλ' ἐῶσι κύρια μένειν καθὼς ἡ σύγκλητος ἐπέκρινεν, 669. 39 εἴ τι κριθὲν ἀπελύθη.

His addas alia insolenter dicta:

οὐδὲν προτερήσετε ἔξω τοῦ ἐφθακέναι ἀδικοῦντες pro cor. 39, ψευδεῖς γραφὰς εἰς τὰ δημόσια γράμματα καταβάλλεσθαι 55, ἐκ τᾶς βωλᾶς λαβὼν ῥήτραν 90, ἀποκατέστασε τὰν πάτριον πολιτείαν καὶ τὼς νόμως καὶ τὼς τάφως 90, ἀποδοὺς τὰς πατρίδας, τοὺς νόμους, τὴν ἐλευθερίαν, τὰ ἱερά 92, βοηθεῖν ἐν οὐδενὶ τῶν μετρίων 165, τὰ παρὰ πᾶσι τοῖς Ἕλλησι νομιζόμενα εἶναι δίκαια 181, βαρβάρους κατοικίζει ἐπὶ τὰ ἱερὰ καὶ τοὺς τάφους ἐπάγων 182, οὔτε τῇ συγγενείᾳ οὔτε τῷ ὁμοφύλῳ 185.

Hanc non esse elocutionem decretorum Atticorum, immo oratoris loquacis facile cognoscitur. Atque omnia, quae in or. pro cor. interpolata sunt, ab uno eodemque auctore ficta esse cum aliunde tum ex hoc dicendi genere efficitur. Unum autem decretum Cobetus genuinum esse contendit:[1]) „Sed est in eadem oratione unum decretum, quod omnes habet veritatis numeros et tam certa fide probum et genuinum est quam certum est reliqua omnia spuria esse atque supposita, nempe τὸ τῶν Βυζαντίων ψήφισμα.“ Offensionem, quam habet δαίω verbum poeticum (cf. p. 40), ita tollere studuit, ut diceret: „neque tamen δαίοντος genuinum et sanum est. δαίω enim priscum et cascum verbum linguae epicae est. δαίοντος dorice dictum est pro δηοῦντος“. Sed Cobetus omisit ostendere, qua vi illa littera — o — verbi δηόω interierit, neque exempla, quibus Dores δαίω pro δηόω dixisse nobis persuaderet, suppeditavit. Itaque sententia Cobeti mihi non probatur. Praeterea haud verisimile est Ps. Dem. cetera omnia supposuisse, hoc unum autem decretum ut e tabulario Byzantinorum publico deligeret, operam navavisse, quem ne Atticorum quidem titulorum rationem respexisse Wort-

[1]) Cobet: Byzantinorum ψήφισμα apud Demosthenem emendatum. Mnemosyne XI p. 195.

mannus demonstravit. An alium virum vestigia Ps. Dem. persequentem decretum ex Byzantinorum tabulis promptum interpolasse putas? Has esse nugas cognosces, si Byzantinorum decretum cum aliis decretis or. pro cor. contuleris.

In decreto Byzantinorum est:	In decretis Atticis et Chersonensibus est:
ἐπειδὴ ὁ δᾶμος ἔντε τοῖς προγεναμένοις καιροῖς εὐνοέων ***διατελεῖ.***	*ἐπειδὴ Φίλιππος ἔντε τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ* ***παραβαίνων φαίνεται*** (181).

Exstat in utrisque decretis praesens pro praeterito (cf. p. 22).

ἔντε *τοῖς προγεναμένοις καιροῖς . . . . .* ***ἔντε*** *τῷ παρεστακότι καιρῷ.*	***ἔντε*** *τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ . .* ***ἔντε*** *τῷ παρόντι . . .* (181).
πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται.	*πολλὰς καὶ μεγάλας χρείας παρέσχηται* (84).
βοαθήσας πλοίοις καὶ σίτῳ καὶ βέλεσι καὶ ὁπλίταις.	*βοηθήσει καὶ δυνάμεσι καὶ χρήμασι καὶ βέλεσι καὶ ὅπλοις* (185)
ἐξείλετο ἁμὲ ἐκ τῶν μεγάλων κινδύνων.	*ἐξελόμενος ἐκ τῆς Φιλίππου* (92).
ἀποκατέστασε τὰν πάτριον πολιτείαν καὶ τὼς νόμως καὶ τὼς τάφως.	*ἀποδοὺς τὰς πατρίδας, τοὺς νόμους, τὴν ἐλευθερίαν, τὰ ἱερά* (92).

Magnam intercedere elocutionis consensionem inter haec decreta nemo negabit. Itaque ipsum decretum Byzantinorum ab eodem Ps. Dem. fictum esse nostro iure diximus.

IV. De verborum collocatione.

Incipiamus a ratione verba collocandi, quae est in Ps. Dem. scriptis orationi pro corona habitae insertis. Verbum inter substantivum et attributum, quod non est insolitum apud auctores alienum autem a titulis Atticis, positum est in decreto 29 *ὁμολογουμένας πεποίηται συνθήκας, ὅπως ἡ εἰρήνη ἐπιτελεσθῇ ἡ ἐπιχειροτονηθεῖσα,* inter pronomen et substantivum 167 *ἐπὶ ταύτης μένητε τῆς προθέσεως,* 137 *αὗται ἀπεδόθησαν αἱ μαρτυρίαι,* 164 *ἃς μὲν κατείληφε πόλεις,* inter substantivum et genetivum 105 *καθ'*

ὃν αἱ συντέλειαι ἦσαν τῶν τριηράρχων, 106 *ἐὰν δὲ πλειόνων ἡ οὐσία ἀποτετιμημένη ᾖ χρημάτων.* Simile aliquid habes 92, ubi inter vocabula *καί* particula coniuncta verbum interpositum est (*Χά-*
ριτος βωμὸν ἱδρύονται καὶ Δήμου Ἀθηναίων). In hac verborum collocatione Ps. Dem. consuetudinem Demosthenis eodem modo scribentis (cf. pro cor. 14 *κρίσεις πικρὰ καὶ μεγάλ' ἔχουσαι τ'ἀπι-*
τίμια, 15. 26. 35. 57. 98. 120. 125. 163. 168. 198.) secutus est, qui mos verba libere ponendi minus vetustiorum quam posteriorum scriptorum proprius invenitur apud Polybium,[1] Aelianum, Philostratum alterum,[2] in N. T.[3] In enuntiato relativo substantivum, quod ad pronomen relativum referendum est, in fine enuntiati positum esse vides 166 *ἣν μὲν ἀπ' ἀρχῆς εἴχετε πρὸς ἡμᾶς αἵρεσιν.* Articulus vel adiectivum a substantivo compluribus verbis ita seiuncta sunt, ut substantivum extremum obtineat locum enuntiati verbo antecedente, in 165 *παρεσκεύασται πρὸς τοὺς ἔγγιστα τῆς Ἀττικῆς παραγίγνεσθαι τόπους,* in 167 *διότι πᾶσαν ὑμῖν οἱ Ἀθηναῖοι προσφέρονται φιλοτιμίαν, ὅπερ οὐ μικρὰν ὑμῖν οἴσειν ἐλπίζω ῥοπήν.* Haec quoque ratio Demosthenis est. cf. 12 *μεγάλας καὶ τὰς ἐσχάτας οἱ νόμοι διδόασι τιμωρίας,* 27 *τοῖς λοιποῖς ἐπιχειροίη πράγμασι,* 195 *πάσας ἀφῆκε φωνάς.* Nec non verborum collocatio, quae est 183 (*δεινὸν ἡγεῖται καὶ ἀνάξιον*) rationi verba collocandi Demosthenis accomodata est sic scribentis 138 *ῥᾷόν ἐστι καὶ ἀσφαλέστερον,* 69 *λοιπὸν τοίνυν ἦν καὶ ἀναγκαῖον.* Collocatio verborum nimis contorta est in decreto 73 (*τὰ μετ' αὐτοῦ ἀποσταλέντα σκάφη εἴκοσιν ἐπὶ τὴν τοῦ σίτου παραπομπὴν εἰς Ἑλλήσποντον*). Verba *εἰς Ἑλλήσποντον* ad *ἀποσταλέντα* verbum, a quo longius iusto absunt, referenda esse intellegitur epistula Philippi 77.

Hanc, quam exposuimus, liberam et rhetoricam rationem verba collocandi abhorrere a consuetudine titulorum Atticorum apertum est. Nec absurdum videtur esse hac ratione verba

---

[1]) Stich p. 206.
[2]) Schmid III 313; IV 516.
[3]) Blass p. 294. Zusammenhängende Satzteile pflegen in der schlichten Rede zusammenzustehen, während rhetorisch stilisierte Rede sie auseinanderreißt.

ponendi ubique conspicua teste uti, quo ab uno eodemque omnia acta publica esse subdita demonstratur.

Videamus nunc, qualis sit verborum collocatio in iis, quae orationi in Midiam supposita sunt. In 8 est *προβολὰς παραδιδότωσαν τὰς γεγενημένας*, 53 *ὅτι τὰς ὥρας παρηνέγκατε τῆς θυσίας, αἱρετοὺς πέμπειν κελεύει θεωρούς*. In eadem paragrapho offensionem habent verba *ὁ τοῦ Διὸς σημαίνει ἐν Δωδώνῃ*, pro quo, nisi fallor, Ps. Dem. sic scribendum erat *ὁ τοῦ Διὸς ὁ ἐν Δωδώνῃ σημαίνει*. Nimia arte elaboratum est, quod est 82 *τοῦ χρόνου γεγενημένον παντὸς αἴτιον*. Huic rationi verba collocandi intercedere cum ea, quae est in actis publicis or. pro cor., magnam consensionem in propatulo est. Maior etiam consensio quam quae est in verbis collocandis, apparet in temporibus adhibendis.

Imperfectum loco aoristi est

in or. in Mid.	in or. pro cor.
121. *ἔλεγε δὲ ταῦτα.*	39 *ὅσα μὲν προσετίθετο τῶν πολισμάτων*, 77 *διελέγοντο.*

Perfectum pro aoristo

121 *συνδεδειπνηκώς.*	74 *εἶ πεποίηκεν*, 77 *συντετελέσθαι*, 185 *εἴ τι γέγονεν.*

Perfectum significatione praesentis praeditum

121 *εἰσεληλυθότα . . . καὶ ἐμβεβληκότα . . .*	155 *γεωργοῦσι . . . καὶ κεκωλύκασι . . . καὶ τετραυματίκασι.* 164. *ἃς μὲν κατείληφε πόλεις*, 181. *δοριαλώτους πεποίηκεν.*

Participium praesentis pro aoristi

121 *Μειδίαν ἐλθόντα . . . . καὶ λέγοντα . . . , καὶ συμβουλεύοντα, . . . ὀμνύοντα.*	137 *μαρτυροῦσι . . . . . εἰδέναι Αἰσχίνην συνερχόμενον . . καὶ κοινολογούμενον.*

Verborum constructionem Ps. Dem. ita mutavit, ut ex participio in verbum finitum transiret

121 *ἔλεγε δὲ ταῦτα.*	39 *τὰ δὲ μὴ ὑπακούοντα κατεσκάψαμεν.*

μή negatio pro *οὐ* negatione apparet

121. *λέγοντα μηδένα ἕτερον εἶναι.*	39. *τὰ δὲ μὴ ὑπακούοντα*, 166. *αὐτῶν μὴ βουλομένων.*

Dicat forsitan quispiam hoc maxime interesse in orationibus pro cor. et in Mid., quod in altera verbum *ἀξιοῦν* cum *ἵνα* coniunctione, in altera cum *ὅπως* coniunctione positum videmus. Attamen in hac re nullam esse differentiam facile intelleget, qui Iosephum, Aristeam alios verba postulandi et precandi modo cum *ὅπως* modo cum *ἵνα* coniunxisse reputaverit. Accedunt alia argumenta, quibus simillimam esse dictionem suppositiciis in utraque oratione conspicuis demonstratur. Sicut enim in or. in Mid. 52 inelegantissime usurpatur adiectivum *ἴδιος* (*ἰδίας δεξιὰς καὶ ἀριστερὰς ἀνίσχοντας*), ita in or. pro cor. particulae *ἄρα, μέν . . . δέ, πέρ* inelegantissime adhibentur. Praeterea liberum illud et audax genus dicendi, quod est in or. in Mid. 168 (*τοῦ στόλου πλεόντων*) comparare nobis licet cum participiis absolutis et periodis nimis neglegenter formatis orationis pro corona habitae. Postremo ne illud quidem nullius momenti putandum est, quod utriusque orationis verborum flexio abhorret a veterum more. Haec omnia qui consideraverit haud scio an lubenter mihi assentietur dicenti ab uno eodemque falsario, quidquid subditum sit, proficisci.

Quantam habet consensionem genus dicendi partium spuriarum et orationis pro corona et orationis in Midiam, tanta discrepantia ei intercedit cum genere dicendi in ceterarum Demosthenis orationum testimoniis et legibus obvio. Quae re vera esse genuina quippe ad Attici sermonis normam confecta, ex iis, quae sequuntur, elucet. Imperativi tertiae pluralis personae formae in or. in Marcart. secundum Atticorum consuetudinem terminantur, 71 *ὀφειλόντων, ἐγγραφόντων*), superlativus adiectivi *ἐγγύς* hanc eandem quam apud Atticos habet formam *ἐγγύτατα, ἐγγυτάτω* (cf. or. in Marc. 51. 54), *ἕως* vi praepositionis praeditum non apparet. (cf. or. in Marc. 71 *μέχρι δυοῖν ἀλάαιν*), *ἴδιος* adiectivum pro pronomine *ἑαυτοῦ, ἑαυτῶν* non adhibetur (cf. or. in Marc. 37. 44. 71, or. in Steph. 55).

In actis publicis orationum Demosthenicarum magnam inesse dissensionem Drerupius [1]) commentatione demonstravit,

---

[1]) Drerup, Über die bei den Attischen Rednern eingelegten Urkunden. Jahrb. f. klass. Phil. suppl. 24, 1898, p. 233 ff.

qua scriptis virorum doctorum, quae ad haec acta publica pertinent, in iudicium vocatis quaecumque invenirentur documenta in orationibus pro cor. et in Midiam, quippe quae fide et auctoritate carerent, subditicia atque futilia, ceterarum autem orationum documenta genuina et vera habenda esse dixit. Quo cum viro docto consentit W. Christius, qui commentatione, quae est de orationibus Demosthenis a Pomponio Attico editis, scholiastam decreta, leges, epistulas, testimonia in orationibus in Mid. et pro cor. habitis novisse negat.

Quamquam ad tempus, quo haec documenta orationibus subdita sunt, statuendum e genere dicendi quamvis consentiente cum genere dicendi, quod est in N.T. et in patrum apostolicorum et Flavii Iosephi libris, cum vestigia sermonis communis iam antiquis temporibus prodire hoc opusculo viderimus, nihil certi effici potest, tamen illa documenta non ante Christum natum ficta esse ex participiis libere adhibitis, verborum temporibus male dėstinctis, vocabulis admodum sero conspicuis (*ἀφημερεύειν, ἀποκοιτεῖν, καταβραβεύειν, συγκάταινος*) conicio. Maiore cum fructu in hanc rem quaesivit Christius, qui vilitate scholiorum nisus acta publica Dionysio Halicarnassensi, Caecilio Calactino, Didymo, qui in orationes Demosthenicas maxime incubuerunt, ignota, Plutarcho, cum vit. Dem. c. 24 eundem archontem anonymum proferat quem Ps. Dem. pro cor. 54, nota fuisse docet (cf. p. 200 et adn. 11). Quae sententia a Drerupio comprobatur (cf. p. 238).

Ps. Dem. non fuisse Atticum sed sedem habuisse in Asia Wortmannus collegit ex formulis decretorum quippe ad normam inscriptionum illius regionis compositis et e genere dicendi cum eo, quod est in inscriptionibus Asiae minoris, congruente. (*ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου* 29. 73. 105 pro *Μν. ἀρχ.*, *εἶπε Καλλίας* pro *Κ. εἶπε* 116, *σύγκλητος ἐκκλησία* pro *ἐκ. σ.* 37, *ἀπιόντος* pro *φθίνοντος* 118, *ἄρχων Δημόνικος* pro *ἐπὶ Δημονίκου ἄρχοντος* 115.[1])) Quod recte illum dixisse persuasum habeo. Quemnam Atticorum putas elocutum esse *ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων* (120) vel *ἡ κυρία τοῦ νόμου* (in Mid. 93) vel *ἀποστήσεται τῶν συμφερόντων* (pro cor. 187)? Praeterea illo vocabulo *ἔγκτασις* 91, quod e sermone Ionico

[1]) Wortmann 57/58.

in dialectum Doricam Asiae illapsum pro *ἔμπασις* voce Dorica dicitur, Ps. Dem. patria usus esse illa regione cognoscitur.

Iam vero si breviter complectimur, quae de dicendi genere Ps. Dem. fusius dicta sunt, illum in articulo addendo et omittendo, in coniunctionibus negationibus pronominibus adhibendis legitimo Atticorum usu neglecto in eadem consuetudine dicendi versari videmus, quae conspicua et obvia est in titulis et libris plerumque scriptorum aetate inferiorum. In verbis flectendis formas in sermone communi obvias adhibuit et magnam verborum copiam e dialecto vulgari promptam, quod omnes fere recentiores auctores fecerunt, orationi immiscuit. Rationes et discrimina temporum, quae ex indole sermonis Attici ponderare debebat, ita confudit, ut haud raro temporum distinctionem frustra quaeras. Sed non modo ex his verum etiam e particulis *ἄρα, μέν ... δέ, περ* inepte positis neglegentia et inelegantia sribendi elucet. In periodorum compositione et structura inscitia atque incuria latissime patet. Quo fit, ut enuntiato inchoato enuntiata alia quodam modo inculcando vel omnino a verborum structura aberrando in anacoluthias illapsus sit ineptissimas. Argutos et circumscriptos verborum ambitus parum curando próxime abest a consuetudine sermonis cotidiani de verborum compositione parum anxii. Quod in vocabulis declinandis Atticorum usum servavit, eo a sermone communi non differt, quippe quo plura in vocabulorum copia et in syntaxi novata sint quam in declinatione vocabulorum.[1])

Quod dicendi genus Ps. Dem. cum plane abhorreat a sinceritate sermonis Attici, magnopere congruat cum loquendi usu recentiorum auctorum atque magnam habeat cum sermone communi cognationem, quaecumque orationibus pro corona et in Midiam habitis inserta sunt, spuria putanda sunt, quod iam prius viri docti e rebus non minus gravibus concluserunt.

[1]) Reinhold p. 1.

Conspectus.

Index vocabulorum.

Typis expressit Robertus Noske Bornensis.

Vita.

Natus sum Reinhardus Koch a. d. VIII Id. Dec. anni MDCCCLXXXII patre Gottfrido matre Gertruda e gente Roggen in vico Rhenano, qui vocatur Gereonsweiler. Fidei addictus sum catholicae. Literarum primordiis imbutus postquam Aquis imperatoris Guilelmi gymnasium per IV annos frequentavi, maturitatis testimonium assecutus a. MCMV universitatis Bonnensis civis factus sum. Anno post ad almam matrem Monasteriensem migravi, quae VII sem. me docuit. Praeceptores mihi fuerunt Bonnenses: Bickel, Buecheler †, Clemen, Deubner, Dyroff, Elter, Jaeger, Joliet, Kaufmann, Selter, Solmsen, Monasterienses: Cauer, Geyser, Hosius, Koepp, Koppelmann, Kroll, Meinardus, Mettlich, Radermacher, Schwering, Sonnenburg, Streitberg, Wiese. Exercitationibus philologicis ut interessem, mihi benigne permiserunt Kroll, Radermacher, Sonnenburg, quibus viris doctissimis gratias ago maximas.

Examen rigorosum habitum est a. MCMIX a. d. IX Kal. Sext.


COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
1010682171